I

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
A
19
NAPOLI

XXXV
A
19

XXXVIII
A.10

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

GRAMMATICA GALLICA,

Ex celebrioribus Grammaticis collecta, in pluribus aucta & emendata

Studio & induſtriâ

THOMÆ de la GRUE,

Natione Galli, L. A. M. & Med. Doctor.

Editio altera longè emendatior, & quarta parte auctior.

BIBLIOTECA NAZIONALE ... NAPOLI



AMSELODAMI,

Ex Officinâ PETRI le GRAND.

cIↃ IↃC LXIV.

A tres noble & tres vertueux Seigneur,

MONSIEUR

PIERRE de GRAEF,

Fils aiſné de Monſieur

CORNEILLE de GRAEF,

Seigneur de Zuyd-polsbroeck, Conſul & Conſeiller de la Republique d'Amſterdam, & Directeur des Affaires de la Compagnie des Indes Orientales, &c.

MONSIEUR,

IL y a un an, ou environ que je pris la hardieſſe de preſenter à Monſieur voſtre frere les principes de la langue Françoiſe imprimés en Flamen, & taſchay

de luy faire reconnoiſtre, que jamais la Romaine n'avoit eu plus d'avantage que celle-cy poſſedoit aujourd'huy: & que tout ainſy que l'une ſe voyoit en ce temps-là comme naturelle à toutes les nations: l'autre ne ſe voit pas maintenant moins courtiſée de tous les peuples, & principalement de la plus part de ceux de ces floriſſantes Provinces, aux quels elle eſt ſi familiere, qu'ils ſemblent la vouloir preferer à la leur propre. Je m'efforçay de plus de crayonner ſes perfections, ne m'eſtant pas reconnu aſſez capable de les depeindre; mais me repreſentant que le peu, que j'avois dit, ne devoit pas demeurer renfermé dans les limites de ces provinces, j'ay creu que j'eſtois obligé de les faire connoiſtre à toute l'Europe, où ce petit œuvre a eu l'honneur d'eſtre veu d'un aſſez bon œil par cy-devant:

ce

ce n'eſt pas que j'aye deſſein de les reiterer, mais bien de dire ſeulement, que c'eſt un jeune homme des plus parfaits, & des plus accomplis que l'on puiſſe s'imaginer, & qui a des vertus ſi peu communes, qu'elles cauſeront, ſans doute, beaucoup d'admiration aux François, qui ont à preſent l'honneur de ſa converſation, & devant leſquels il les fait reluire. Toutesfois je le prieray tres humblement de m'excuſer, ſi je dis que par deſſus ſes qualitez, qui vous ſont communes, vous avez un advantage, dont il eſt privé juſques à preſent, & que vos merites vous ont acquis un Threſor ineſtimable, je veux dire une femme, qui a de ſi grandes perfections, qu'elles ſurpaſſent de beaucoup les communes. Je ne pretends pas parler de ces vaines perfections du corps, qui periſſent ſi facilement, quoyque je pourrois

dire, ſans flaterie, qu'elle eſt une des plus belles, qui ſe rencontrent aujourd'huy dans le pays ; mais mon deſſein eſt de parler de ſes perfections de l'ame, qui ſont en ſi grand nombre, & ſi eſclattantes, qu'elles brillent par tout, où elles ſont connuës. Il me ſuffira de dire, que c'eſt Mademoiſelle CORNELIA BICKER, un de ces admirables rejettons d'une des plus nobles, & des plus anciennes maiſons, qui ſoient dans ces Provinces, & qu'elle eſt née d'un Pere, dont la vertu s'eſt fait connoiſtre dans les occaſions, & lequel on pouvoit veritablement nommer, comme le voſtre aujourd'huy, *Pere de la Patrie*, puiſque pour ſa liberté ils n'ont pas craint d'expoſer leur vie, & leur honneur, & de demeurer conſtants dans les temps les plus perilleux. Je ne veux pas vous en dire

dire davantage, dans la crainte que j'ay d'obſcurcir le luſtre de la verité, en ne la deſcrivant pas ſi parfaitement, qu'il ſeroit neceſſaire; mais je vous prieray ſeulement de me permettre de porter juſques au tombeau le tiltre,

MONSIEUR,

De voſtre tres-humble, tres-obeïſſant, & tres fidelle Serviteur,

THOMAS de la GRUE.

AD LECTOREM.

A*Nimum induxi*, Benevole Lector, *non multis, nec etiam eſt neceſſe, rationem reddere, cur inter tantam Grammaticarum molem mea tandem eruditio ſe ſiſtat foro. Multas videbam Grammaticas, ſed plurimas parum commodè excuſas, & jure quidem: multa enim mihi in his omiſſa, multa ſuperfluè addita, & re vera nihil ad rem pertinentia videbantur. Sic per diverticula tyrones ducuntur, ſic Grammatiſtæ nimia prolixitate, dum regularum inutilium mole diſcentes gravant, alacrem eorum curſum retardant, & ſæpius intentionis aciem abrumpunt, Quare ne & ego, qui paucis, & ſine diverticulis tyronum animos, quos nactus ſum, non tantum afficere, ſed excolere*

ſtudeo,

ſtudeo, iiſdem fortè veſtigiis inſiſtere viderer, ſimul ut & cuique mea docendi ratio conſtaret, hanc Grammaticam edere volui. In hac celebriores Grammaticos, more veterum, imitatus ſum: multa ex illorum, quæ probavi, in meam transferendo. Sic multa eodem modo ab aliis dicta invenies, quippe quæ nec breviùs, nec meliùs à me proferri poterant. Ex aliis igitur cognitione quæque digniſſima excerpſi, & omiſſis, quæ ſine fructu erant, & additis, quæ ſcitu & exemplo erant neceſſaria, breve hoc veluti florum corpuſculum feci. Nolo me aliis anteponi, ſed conferri noſtram cum illorum methodo patiar, & quamvis exercitatiſſimo illorum ingenio cedam lubens; uſu tamen ad ſtudioſorum utilitatem nulli, aut invitus. Cæterum mihi, diſcipuliſque meis linguæ Gallicæ cupidiſſimis hæc ita compoſui: ſed ſi ad alios aliquis in-

de

de quoque uſus perveniat, non erit ingratum. Bona fide dico, Amice Lector, *non lucrum, non famam, ſed juventutis commodum, ſed diſcipulorum utilitatem tantum ſpectavi; hinc à te non plauſum poſtulo, ſed æquum te, non iniquum judicem præbeas, oro. Si ad gloriam edere voluiſſem, potuiſſem facilè mellitos verborum globulos invenire, & ſic fortè illuſtriora proferre, & ab aliorum ſcribendi modo aliena reddere: ad uſum verò tyronum nec breviora, nec meliora facere potui.* Vale.

Doctiſſi-

Doctiſſimo atque clariſſimo

DOMINO THOMÆ de la GRUE, L. A. M.

Cum Grammaticam Gallicam ederet.

CUivis eſt promptum Muſarum carpere flores,
Et dare lecta notis;
Sed ſimul & ſcriptis multùm prodeſſe juventæ,
Hoc opus, hic labor eſt.
Utrumque ingenii tu præſtas impiger auſu;
Dogmata docte THOMA.
Gallica dum tradis, dumque hoc ſermone juventam
Fingere ritè ſtudes.
Si ſcripto famam meruit quis, famaque ſedes
Excubat ante tuas.
Sic modo perge. en! *huic operi feliciter*, alta
Fertur ad aſtra ſonus.

H. FISCHERUS.

A D

AD EUNDEM.

QUæ fæcunda tibi doctorum Gallia mater
Præmia pro tanto munere digna dabit?
Arma petunt alii, ſaturum nec ſanguine Martem
Sermonis patrii tu monumenta probas.
Sunt cuivis genti, quocunque ſub axe moratur,
Quemque in tam vaſto poſſidet orbe locum:
Cuivis virtuti ſua ſunt inſignia, cuivis
Eſt aliquid, placitum mox quod amare queas
Gallis præ reliquis hominum dedit ore rotundo
Muſa loqui, & juſſit ponere in arte decus.
Tu Gruæe *ſapis præ multis altiùs unus,*
Ut cui plus mentis docta Minerva dedit.
Nempe Pariſinæ finxerunt pectus Athenæ,
Teque ſuum voluit Philoſophia decus.
Quid poteras melius? quod enim inclyta Gallia latè
Terrarum diffuſo hinc premit inde ſinu
Tu brevibus foliis apricum mittis in orbem
Quo commune ſiet, quod fuit ante tuum.
Perge his atque aliis ſuſceptam fingere ſpartam,
Atque tuum poterit nomen in aſtra vehi.

C. MARCGRAVIUS.

GRAM-

GRAMMATICA GALLICA.

De litteris, & illarum pronunciatione.

UTimur communiter in lingua Gallica viginti quatuor litteris ſequentibus, *a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, x, y, z.* Sed cum quædam difficultates in pronunciatione reperiantur: primò in eo, quod ſint aliquæ litteræ, quæ non proferantur, quæ tamen ad confuſionem vitandam debent ſcribi (quidquid dicant aliqui recentiores, & præcipuè quidam, cujus opera notum facient.) ſecundò quod ſint aliquæ, quæ non proferantur, quæ etiam ſcribendo poſſunt rejici: tertiò denique quod ſint aliæ quæ fortiùs, aliæ, quæ molliùs efferri debeant: ego validiores qua potero rationes, ad illas difficultates expellendas, afferam.

Quoad pronunciationem nemo dubitat quin ſit id, quod magis in omnibus linguis requiratur; cum nihil ſit è contra,

quod ſermonem deformiorem reddat, quam mala pronunciatio, cum ab eo omnem gratiam, & ornamentum auferat: & licet in converſatione magis peritorum poſſit acquiri, nihilominus regulæ dari poſſunt, quæ non mediocre memoriæ ſupplementum afferent, & quæ pro temporis opportunitate, legi poterunt & addiſci.

Notandum eſt igitur primo omnes ſyllabas linguæ Gallicæ diſtinctè pronunciandas: eſt etiam vitandus quorundam externorum defectus, conſonantes duriùs pronunciantium, & ſic minus gratum in auribus ſonum (qui à Græcis κακοφωνία appellatur) parientium.

De diviſione litterarum.

Litteræ dividuntur in vocales, id eſt, in litteras facientes vocem, ut, *a, e, i, o, u, y*: & conſonantes, id eſt, in litteras, quæ ex ſe nullum ſonum reddunt, ſed ſolum cum vocalibus conjunctæ, & ſunt hæ, *b, c, d, f, g, h, l, m, n, p, q, r, s, t, v, x, z.*

De Vocalibus.

a.

Pronunciamus noſtrum, *a*, ut aliæ nationes; ſic, *avare*, avarus: nihilominus uſus

uſus permittit ut communiter pronuncietur, *erres*, pro, *arres*: arrhæ: *caterre*, pro, *catarre*: defluxio: *chairette*, pro, *charette*: carruca: *fantaiſie*, pro, *fantaſie*, arbitrium, *&c.*

a, non pronunciatur in dictionibus ſequentibus, *aöuſt*, auguſtus, *ſaoul*, ſatur, *ſaouler*, ſaturare, *ſaone*, arar, *tahon*, aſilus, idcirco legendum eſt, vel legendo pronunciandum, *ouſt, ſoul, ſouler, ſone, ton.*

Si, *a*, reperiatur duplex (quod rarum eſt) pronunciatur ut ſimplex; ſed ſyllaba eſt longior efferenda; & ſcribendo, eſt, *a*, rejectum ſupplendum per notam in modum accentus circumflexi, v. g. *âge*, ætas, *bâiller*, oſcitari.

Excipiuntur ab hac regula nomina quædam Hebraica, & Chaldaica, ut, *baal*, *gàlaad*, *naaſſon*, &c. *Iſâc* tamen, & *âron* ſequuntur regulam generalem.

Quando una ex his tribus particulis, *il*, *elle*, *on*, ſequitur poſt verbum terminatum in, *a*, tunc loquendo, & ſæpe ſcribendo interponitur unum, *t*, ut, *voſtre pere viendra t-il?* pater tuus veniet ne? *voſtre mere ſera t-elle avec luy?* an mater tua erit cum illo? *que leur preſentera t-on?* quid ipſis offeretur?

Imperativus, *va*, poſitus ante particulas, *y*, &, *en*, recipit unum, *s*, v. g. *vas y*:

eas eò loci: *vas en querir.* eas quæſitum, Hæc regula poteſt generaliter omnibus imperativis illam litteram, *s*, in fine non habentibus, inſervire, v.g. *crois-en ce que tu voudras*, credas ex eo quidquid volueris, *fais-en a ton plaiſir*; facias pro béneplacito tuo; *adjoutes-y quelque choſe.* addas aliquid.

e.

Contra communem Grammaticorum opinionem in noſtra lingua, cum D. Anthonio Oudin Regis Galliarum interprete, quadruplicis generis, *e*, reperio: ideoque quadruplicem de eo pronunciationem ſtatuo: primum vocatur maſculinum, & notatur accentu acuto, ſic, *é*, & pronunciatur ut, *e*, Latinum, v. g. *favoriſé*, favore adjutus, *courtiſé*, blanditiis delinitus, *&c.* ubi notandum eſt vocari maſculinum, non quod nomina, quæ ſic terminantur, ſint maſculini generis, cum contrarium ſit evidens in omnibus ferè nominibus ſubſtantivis, in *é* maſculinum terminatis, quæ ſunt fæminini generis, ut, *bonté*, bonitas, *charité*, charitas, *chaſteté*, caſtitas, *&c.* ſed quia forti, & virili ſono efferatur:

Secundum eſt fœmininum, quod effæminato, ut ita dicam, molli, & medio tantum

ſono pronunciatur, ſcribitur ſine ac-
1, ut, *homme*, homo, *femme*, fœmi-
&c. nihilominus in quibuſdam lo-
ndi modis, in quibus pronomen, *je*,
nediatè ponitur poſt verbum termina-
in, *e*, fœmininum, illud, *e*, fortiorem
nunciationem, & quaſi maſculinam
uirit, v. g. *cerche je voſtre dommage?* an
ero tuum damnum? *puiſſe je perdre cent
ncs ſi cela n'eſt vray*, poſſim perdere cen-
n florenos ſi hoc non ſit verum, *&c.* un-
fit, ut aliqui illud notent accentu acuto,
:, *cerché je*, *puiſſé je*, &c.

Tertium vocatur Gallicum, & pronun-
atur apertum, ut, *ai*, diphthongus, id
t, inter, *a*; &, *e*,: vocatur autem Galli-
um, quod pronunciatio hujus, *e*, magis
it Gallis, quam aliis nationibus familiaris.

Quartum denique eſt illud, quod quaſi
ıt noſtra diphthongus, *eu*, vel *æ*, Germa-
nicum effertur: hoc facile cognoſci po-
teſt in monoſyllabis, *de*, *ne*, *me*, *te*, *le*,
que, &c.

e, ante, *m*, &, *n*, in eadem ſyllaba pro-
nunciatur, ut, *a*, v. g. *emporter*, auferre, *en-
tendre*, intelligere: niſi ſequatur imme-
diatè, *ne*, v. g. *ennemy*, hoſtis, *prenne* capiat,
à verbo *prendre*, capere, & niſi præcedat, *i*,
ut, *mien*, meus; *tien*, tuus: *ſien*, ſuus: &
præterea in fine dictionum ſequentium,

euamen, *Harlem*, *Ieruſalem*, *Mathuſalem*, *Cananeen*. Hæc de littera, *e*, ſufficient: alia, quæ afferri poſſent, ob nimiam prolixitatem, & ne tædium lectori pariam, ſilentio prætermittam, aliis litteris, eandem prorſus methodum ſequar, ut rebus, quæ longiori explicatione indigent, locus & tempus ſuperſit.

i.

i ſimplex, ante aliam vocalem in principio dictionis vel ſyllabæ, fit conſonans, v. g. *jeune*, juvenis, *joyeux*, Lætus, *jardin*, hortus, *jambon*, perna, &c. dixi in principio dictionis vel ſyllabæ, quia aliquando in medio remanet vocalis, licet alia ſequatur, ſed tunc duobus punctis debet notari, ut, *ï*.

i ante duplex, *ll*, in medio dictionis, & ante *l* ſimplex in fine ferè non pronunciatur, ſed facit, ut duplex *ll*, vel ſimplex, madidè proferantur, ut, *tailler*, ſecare, *faillir*, errare, *oreille*, auris, *ſoleil*, ſol, *œil*, oculus, *ſommeil*, ſopor, *cueillir*, colligere, *travail*, labor, *&c.* excipiuntur ab hac regula, *ville*, civitas, *mille*, mille, *ſubtil*, ſubtilis, *viril*, virilis, *ſervil*, ſervilis, *civil*, urbanus, *eſtoille*, ſtella, *pupille*, pupillus, *diſtiller*, diſtillare, *toille*, linteum; & alia

quæ-

am, quæ ex frequenti lectione, &
nciatione poterunt obſervari.
, l, non pronunciantur in *peüil*, pe-
lus.
ronunciatur ut, *e*, in medio dictionis
fix, crucifixi effigies.

o.

Pronunciamus noſtrum *o* valde aper-
, contra quorundam opinionem, qui
unt, ut, *m*, vel, *n*, junctum cum, *o*, &
m illo ſyllabam faciens, mutetur in *u*
onunciando, quando ſcilicet ſyllaba
ſt, *om*, vel, *on*, incipit per, *m*, vel, *n*, :
i enim optimè linguam Gallicam cal-
nt, nunquam dicunt, *boume*, homo, *bou-*
, bona, *counoitre*, cognoſcere, ſed *homme*,
onne, *connoître*, &c. Non licet pronuncia-
e, *chouſe*, pro, *choſe*, res, quamvis multi
aciant.

o non pronunciatur in dictionibus, *paon*, pavo, *faon*, catulus, *laon*, laudunum; ſed pronunciatur in verbo, *faonner*, partum edere.

Si *o* reperiatur duplex in quibuſdam dictionibus, ut in *roôle*, libellus, tantum ſimplex pronunciatur, ſed longius.

u.

u, poſt, *g*, ante aliam vocalem non pro-

nunciatur quidem, ſed facit ut, *g*, virilem ſonum, & fortem retineat, v. g. *guerir*, ſanare, *langueur*, languor, *guider*, præeundo iter indicare, *guerre*, bellum, *&c.* excipiuntur *arguer*, redarguere, *aiguiſer*, acuere, *aigue*, acuta, *cigue*, cicuta, in quibus, *u*, junctum cum, *g*, facit ſyllabam diſtinctam.

v ante aliam vocalem, vel litteram *r*, fit conſonans, v. g. *ſevere*, ſeverus, *vray*, verus: niſi ſit notatum duobus punctis, tunc enim remanet vocalis, etiam ſi alia ſequatur, ut, *moüillé*, madidus.

u, poſt, *q*, non pronunciatur, ſed facit ſolum ut, *q*, ſonet, ut, *k*, v. g. *qualité*, qualitas, *queſtion*, quæſtio, *quarante*, quadraginta, *quarré*, quadratus, quæ proferuntur, *kalité*, *keſtion*, *karante*, *karré*, & ſic de cæteris.

u pronunciatur ut *f* in *eucbariſtie*, euchariſtia.

Quando duplex *uu* in principio dictionum reperitur, & alia vocalis ſequitur, primum fit conſonans, & ſæpe ſæpius ſecundum non pronunciatur, ſic, *vuider*, evacuare, *vuide*, vacuus, *&c.* quæ pronunciantur, *vider*, *vide*: excipitur, *Walon*, Walo, in qua dictione *w* duplex pronunciatur, ut apud Germanos. Dixi in principio dictionum, quando enim in medio

repe-

ritur, tunc primum eſt vocalis, ſe-
lum vero conſonans, v. g. *eſtuve*, bal-
m calidum, *cuve*, cupa, *&c.*

y.

, pronunciatur ut *i* ſimplex, ſed nun-
ım eſt conſonans: diverſos habet uſus.
Primo utimur in dictionibus à Græcis
rivatis, & id ad etymologiam ſervan-
m, v. g. *hypocriſie*, ſimulatæ probitatis
cata oſtentatio, *tyrannie*, tyrannis, *my-
re*, myſterium, *ſymbole*, ſymbolum, *&c.*
Secundo uſurpatur in initio dictionum
e, *i*, pro conſonante ſumatur, ſic, *yvre*,
brius, *yeux*, oculi, *yvroye*, zizania, &c.

Tertio inter duas vocales apponitur, ſic,
laye, plaga, *joye*, gaudium, *pluye*, pluvia,
monnoye, moneta, *croyable*, credibilis, *ef-
froyable*, terribilis, *&c.*

Scribitur etiam in fine, quando dictio-
nem claudit, v. g. *foy*, fides, *Roy*, Rex, *loy*,
lex: niſi in quibuſdam particulis quaſi La-
tinis, *ſi*, *qui*, &c.

Quinto & ultimo particula relativa, *y*,
ſic, *y eſt il?* an ibi eſt? *ouy il y eſt*, imo ibi
eſt.

De Consonantibus.

Quia hæ omnes litteræ aliquam ſibi
annexam difficultatem habent, de ipſis

 ſepa-

ſeparatim ſermonem inſtituam : dicam ſolum in communi (ſervatis tamen exceptionibus) conſonantem, quæ in fine dictionis reperitur, non eſſe pronunciandam, quando dictio ſequens incipit ab alia : ſed ſi ſit vocalis, conſonans, quæ dictionem terminat, quaſi ſeparatur, & jungitur vocali dictionem ſequentem inchoanti, v. g. *la vertu eſt aimée des hommes craignans Dieu*, virtus amatur ab hominibus Deum timentibus, ſic eſt pronunciandum, *la vertu es taimée de shommes craignan Dieu*, & ſic de cæteris : modo tamen conſonans, quæ eſt in fine dictionis, debeat pronunciari : hanc reſtrictionem addo propter multas particularitates, quæ in ſequentibus videbuntur, ſicuti apparet in ipſo vocabulo, *bled*, frumentum, in quo, *d*, non pronunciatur, & idcirco non jungitur cum vocali dictionem ſequentem inchoanti, ſed eliditur legendo, v.g. *le bled eſt fort cher :* frumentum eſt cariſſimum: eadem, in pari occaſione, ratio ſervanda eſt.

Ut autem hæc regula generalis ſit facilior, notandum eſt multas conſonantes in plurali ſæpe ſæpius elidi, & tunc pronunciari tantum eam, quæ ad dictionis intelligentiam prorſus eſt neceſſaria, v. g. *vos regards ſont dangereux*, aſpectus tui ſunt periculoſi, legendum eſt, *vo regar ſon dan-*

dangereu : ſed longior efferenda eſt, tum ut diſtinguatur pluralis à ſingulari, tum ut videatur quod ſit aliqua littera rejecta.

Idem reperitur communiter in tertiis perſonis pluralibus verborum præcipuè regularium, in quibus conſonantes in fine repertæ tacentur, v. g. *mes freres me doivent beaucoup d'argent, & ne me veulent pas payer:* fratres mei multam mihi debent pecuniam, & nolunt mihi ſolvere, legendum eſt, *me frere me doive beaucou d'argen, & ne me veule pa payer.*

b.

Diſtinguimus *b* ſuo ſono à, *p*: *b*, enim longè dulcius effertur quam, *p*: id ſequentia facilè monſtrabunt exempla, *bois*, lignum, *pois*: piſum : *bain*, balneum, *pain*: panis : *beau*, pulcher, *peau*: pellis : *boire*, bibere, *poire*: pirum : *boule*, globus, *poule*: gallina : *briſer*, perfringere, *priſer*: æſtimare : *&c.* illud vero Germani ita confundunt loquendo, ut vix unum ab alio diſtingui poſſit.

b, non pronunciatur ante, *v*, conſonans, v. g. *febve*, faba, *debvoir*, debere : excipiuntur quædam dictiones ſuam originem ex Latino trahentes, v. g. *obvier*, obviam ire, *ſubverſion*, ſubverſio. Non pronunciatur etiam in ſequentibus, *debte*, de-

bitum, *debteur*, debitor, *doubte*, animi ſcrupulus, *doubteux*, dubius, *ſoubs*, ſub.

b non pronunciatur in *plomb*, plumbum.

b pronunciatur ut *p*, in *ſubtil*, ſubtilis, & ſuis compoſitis, &c.

c.

c ante *e*, *i*, & *y* pronunciatur ut, *s*, v. g. *ceſſer*, ceſſare, *cinq*, quinque, *cypres*, cypreſſus; ſed ante aliam quamlibet litteram ſonat ut, *k*, v. g. *car*, nam, *curieux*, cupidus, *corps*, corpus, *clair*, lucidus, *crainte*, timor: quaſi eſſet, *kar*, &c. niſi notetur inferius parvulum coma, ut, *ç*, tunc enim effertur ut, *s*, durum v. g. *leçon*, lectio, *façon*, modus, & ſic de cæteris.

c in fine dictionum ſemper pronunciatur, v. g. *bec*, roſtrum, *ſac*, ſaccus: pronunciatur etiam in medio dictionis quando terminat ſyllabam, v. g. *accident*, caſus, *action*, actio, &c.

Supprimitur vero in verbo, *ſuccer*, ſugere, quod effertur quaſi eſſet tantum unicum, *c*: omittitur etiam in ſequentibus, *accord*, conventio, *occaſion*, occaſio, *practique*, uſus.

Germani ita confundunt loquendo, *c*, durum cum *g* duro, ut unum ab alio vix diſtingui poſſit, quod, in ſubſcriptis, & aliis

liis his ſimilibus, vitandum eſt: *earder*, ectere, *garder:* ſervare: *cris*, clamor, *gris:* bus ex fuſco color: *couſt*, ſumptus, *gouſt:* uſtus.

c in dictionibus *ſecond*, ſecundus, & *laude* Claudius, pronunciatur ut, *g*.

d.

Non ſunt in eo imitandi Germani, ıando ſcilicet *d* cum *t* ita confundunt, : ferè ſit impoſſibile unum ab alio diſtin- ıere: ſed eſt, *d*, mollius, *t*, durius pro- ınciandum: quæ diverſitas ex ſequen- ɔus exemplis facilè patebit, *darder*, jacu- figere, *tarder:* morari: *don*, donum, *n:* ſonus: &c.

d in fine dictionis pronunciatur com- uniter ut *t*, ſi ſequens incipiat à vocali, l *h* muto, v. g, *quand on entend un ſon*, ıando percipitur ſonus: *ceſt un grand nneur*, eſt magnus honos: ſed ſyllabam l dictionem finiens, ſi ſequens incipiat conſonante, non pronunciatur, *adjuger*, judicare, *advis*, conſilium, *advocat*, lvocatus, *advouër*, fateri, niſi in his, *ad- ettre*, admittere, *admirer*, mirari, *adver-*, adverbium, *adverſaire*, adverſarius, *ljouter*, addere, & in quibuſdam aliis his nilibus.

d nunquam pronunciatur in dictioni- bus,

bus, *bled*, frumentum, *crud*, crudus, *gand*, chirotheca, *muid*, modius, *nud*, nudus, *neud*, nodus, *nid*, nidus, *pied*, pes, *rond*, rotundus, *gond*, cardo, *bond*, ſaltus, *cloud*, clavus, *vagabond*, vagus: legimus tamen ac ſi eſſet ſcriptum, *il a mis piet à terre*, deſcendit ex equo, vel, ex, navi: *mettre piet à boule*, metam ſervare: *il eſt veſtu de piet en cape*, eſt veſtitus a calcaneo ad caput: *vindrent*, & *tindrent*, rejiciunt, *d*, in pronunciatione.

f.

Eodem modo pronunciamus noſtrum, *f*, ac aliæ nationes, niſi quod Germani illud cum *u*, conſonante confundant: veritas patet in ſequentibus, *fin*, finis, *vin:* vinum: *foye*, jecur, *voye:* via: &c.

f, in fine dictionum debet pronunciari, licet ſequentes incipiant à conſonante, v. g. *œuf*, ovum, *ſoif*, ſitis, *vif*, vivus, &c. excipiuntur, *baillif*, prætor, & *clef*, clavis, in quibus *f*, nunquam pronunciatur: neque in plurali nominum terminatorum in, *œuf*, ſic *bœufs*, boves, *œufs*, ova, *neufs*, novi, *&c.*

f ante *u* conſonans in medio dictionis non pronunciatur, v. g. *vefve*, vidua, *griefve*, gravis; non pronunciatur etiam in his compoſitis, *chef-d'œuvre*, oblatum á

tyrone

ɔne artis experimentum tyrocinium, *ɔrechef*, ricinium, *f* mutatur in *u* in ionè *neuf*, novem, quando poſt illam uitur alia incipiens à vocali, vel, *h*, to, v. g. *neuf hommes*, novem homines, *'anges*, novem angeli, dicendum eſt, ſi eſſet *neu vhommes*, &c.

g.

ante *e*, *i*, & *y* molli ſono ſicut *j* conıns pronunciatur, ſic *gelée*, gelu, *genre*, us, *gibet*, patibulum, &c.
nte alias litteras Germanico modo, id lurius vel ut Latini in dictione, *gallus*, t pronunciari, v. g. *gaſter*, corrum-:, *goſier*, guttur, *grand*, magnus, *&c.*
i vero durius ante, *e*, *i*, & *y* debeat ıunciari, tunc interponitur, *u*, mu-, v. g. *guerre*, bellum, *guigner*, oculis mare, &c. excipiuntur ab hac regula, *ſer*, acuere, *arguer*, arguere, *ambigui-* ambiguitas, *aiguille*, acus, & alia ab riginem ducentia. Excipiuntur etiam ıinina nominum terminatorum in, '.g. *aigue*, acuta; *ambigue*, ambigua, *&c.* vero ante *a* & *o* mollius efferatur inɔnitur, *e*, mutum, v. g. *Il mengea*, coit, *nous mengeons*, comedimus. *g*, non ıunciatur in dictionibus : *cognoiſtre*, ıoſcere, *ſignifier*, ſignificare, *prognoſti-*
quer,

quer, prædicere, *regnard*, vulpes, neque in aliis ab his originem ducentibus: *connoître*, & *pronoſtiquer* nunc ſic ſcribuntur.

g duplex in quibuſdam dictionibus à Latino derivantibus reperitur, & tunc ſeparatim pronunciatur ſic, *ſuggerer*, commonere.

g, ante, *t*, in fine dictionum non pronunciatur, v.g. *Doigt*, digitus, *vingt*, viginti, &c.

g nunquam, vel raro in fine dictionum pronunciatur, præcipuè quando dictio ſequens inchoat à conſonante; ſi vero à vocali, tunc *g* pronunciatur ut *c*, v.g. *il a du ſang aux vaines*, eſt fortis.

h.

h apud Latinos eſt ſemper aſpirationis nota, ſed apud Gallos non idem: nunquam enim fit aſperum niſi in quibuſdam dictionibus merè Gallicis, vel Germanis, ut; *honte*, pudor, *hardy*, audax, *hors*, extra, & alia ſimilia, quæ non proveniunt à Latinis: cum enim à Latinis originem ducunt, nunquam pronunciatur, v.g. *honneur*, honos, *homme*, homo, *humble*, humilis, &c. Sed *Henry* Henricus, & *Hollande*, Hollandia, cum ſuis derivatis, excipiuntur.

h communiter in medio ſyllabæ pronunciatur, ut, *charité*, charitas, *changer*, muta-

'tare, *charger*, onus imponere, *&c.* niſi
|uibuſdam particularibus à Græcis pro-
ientibus, ut, *Chriſt*, Chriſtus, *Archan-*
Archangelus, *&c.*

in medio dictionis ſyllabam incipiens
uando aſpiratur, ut, *ſouhait*, deſide-
n, *apprehender*, timere, *trahir*, prodere.

j.

unt quædam dictiones externæ quæ
piunt per, *hie*, & pronunciantur ut, *je*,
Hierome, Hieronimus, *Hieruſalem*,
'uſalem.

ittera, *k*, apud nos non eſt in uſu, cum
ı lingua noſtra alias omnes linguas
itate, & elegantia ſuperet, omnium
rarum, quæ aſperitatem aliquam in
ıunciatione pariunt, frequentem u-
, quantum poteſt, rejicit: porro pro, *k*,
:mus, *qu*, ante omnes vocales, vel, *c*,
ım ante *a*, *o*, *u*, & *r*, de quibus ſuo loco.

l.

n medio dictionum poſt vocales, *a*,
& *u*, pronunciatur, ſic, *poltron*, ſocors,
t, miles, *multitude*, multitudo.

communiter pronunciatur ut apud
ıos, ſic, *dol*, fallacia, *vol*, latrocinium,
volatus, *mal*, malum.

n dictionibus, *col*, collum, *licol*, ca-
piſtrum,

piſtrum, *mol*, mollis, *fol*, ſtultus, pronunciatur communiter ut, *u*.

l non pronunciatur in fine quarundam dictionum, ut in, *fuſil*, igniarium, *ſourcil*, ſupercilium, *ſaoul*, ſatur.

l in *gentilhomme* nobilis, habet ſonum liquidum in ſingulari; in plurali vero rejicit, *l*, ſic *gentishommes*, nobiles, ſine, *l*.

m.

m ante *n*, *b*, *p*, & *m*, pronunciatur ut, *n*, v. g. *ſemblable*, ſimilis, *damné*, damnatus, *emprunter*, mutuum ſumere, *emmener*, adducere: retinet tamen ſuam pronunciationem in, *indamniſer*, cavere, *hymne*, hymnus, *calomnier*, calomniari, & in aliis ab his originem ducentibus.

m in fine quarundam dictionum pronunciatur ut, *n*, ſic, *renom*, fama, *faim*, fames, *nom*, nomen.

n.

n in monoſyllabis, ſequente vocali, duplicatur; ita ut ſecundum cum vocali ſequenti jungatur, v. g. *mon ame*, mea anima, *un homme*, unus homo, *je vous en apporteray*, tibi afferam, legendum eſt, ac ſi eſſet *mon name*, &c.

p.

p non pronunciatur in, *niepce*, neptis,

nopces,

es, nuptiæ, *baptiſer*, aquis luſtralibus
are, *compte*, ratio, *exempter*, eximere,
, ſeptem, *promptitude*, velocitas, *loup*,
is, *temps*, tempus, *corps*, corpus, *ptiſa-*
ptiſana, *pſeaume*, pſalmus; neque in
luralibus, *coups*, ictus, *draps*, panna,
r, medicum propoma: ſed pronun-
ur in, *ſoupçon*, ſuſpicio, *rapt*, raptus,
ude, aptitudo, *adopter*, adoptare, *opti-*
opticus, *precepte*, præceptum, *ſeptan-*
eptuaginta, *ſeptentrion*, ſeptentrio:
ption, exemptio, eodem modo pro-
iatur, contra regulam verbi, *exem-*
eximere.

pronunciatur ut *f*, v.g. *phiole*, am-
vitrea, *Philoſophe*, Philoſophus.

q.

n locutus ſum de littera, *q*, loquen-
e littera *u*: ſed præterea dicendum
videtur in fine dictionum non pro-
iari, niſi dictio ſequens incipiat à vo-
v.g. *cinq*, quinque.

r.

n principio dictionis duriùs pronun-
r, v.g. *rendre*, reddere, *reduire*, re-
e: in medio, & in fine leniùs, v.g.
, Lutetia pariſiorum, *farine*, farina, *or*,
n, *valeur*, fortitudo, *mur*, murus: niſi
in me-

in medio duplicetur, tunc enim pronunciatur ut in principio, v. g. *terre*, terra.

Sed notandum eſt quod in particula, *or*, id eſt nunc, durius pronunciatur etiam ſequente Conſonante, v. g. *or ſcachez*, ſcias autem.

r non pronunciatur in fine ſequentium dictionum, *mouchoir*, ſtrophium, *miroir*, ſpeculum, *porteur*, vector, *coupeur*, ſector, *faiſeur*, effector, nec etiam quando ſequitur conſonans, v. g. *mouchoir de Col*, colli ſtrophium, *miroir de veniſe*, ſpeculum veneticum, *&c.*

Communiter pronunciatur, *chaiſe* pro *chaire*: ſedes: & *mecredy* pro *mercredy*, dies mercurii.

s.

Libenter quorundam opinionem ſequerer, & tollendum *s* è dictionibus, in quibus videtur quaſi ſuperfluum arbitrarer, ſi non præcipuo ornamento, & gratiâ dictiones ſpoliari, hoc faciendo perſpicerem, præcipuè quaſdam, quæ in libris, quaſi corpora inanimata in mundo, apparerent: ſed linguæ Gallicæ cupidis audeo promittere, quod experientiâ, quando erit pronunciandum, quando non, notitia acquiretur: & ut aditus facilior pateat, nonnullas hìc, in quibus eſt pro-

unciandum, ſecundum ordinem al-
eticum afferam. Sed prius aliquid de
s pronunciatione dicamus.
ſimplex in principio dictionis, & du-
in medio forti & virili ſono pronun-
r, v. g. *ſouvent*, ſæpe, *ſage*, ſapiens,
n, piſcis, *baiſſer*, ſubmittere, *&c.*. ſed
lex, inter duas vocales, pronuncia-
ut, *z*, v. g. *maiſon*, domus, *poiſon*,
num, *baiſer*, oſculari, *raſer*, ad cu-
ondere, *vel*, amputare, *&c.* niſi in
one compoſita, tunc enim retinet
primam pronunciationem, v. g.
bler, ſimilem eſſe, *reſerrer*, includere,
bs, ſub, & ſic de aliis.

ılogus dictionum, in quibus, *s*, debet pronunciari.

A.

ſtenir.	ABſtinere.
'bſtinence.	Abſtinentia.
ter.	ad aliquẽ Accedere.
iniſtrer.	Adminiſtrare.
te.	Agreſtis.
er.	Accommodare.
miſte.	Chymicus.
ille.	Comprobatio.
at.	Apoſtata.
olat.	Apoſtolatus.

Apoſto-

Apoſtolique, ſed in *Apoſtre* non pronunciatur.	Apoſtolicus. Apoſtolus.
Apoſtrophe.	Apoſtrophus.
Apoſtume.	Apoſtema.
Apoſter.	Subornare.
Artiſtement.	Artificiosè.
Aſſiſter.	Adeſſe, opitulari.
Aſperges.	Aſpergillum.
Aſpect.	Aſpectus.
Aſpic.	Nardus celtica.
Aſpirer.	Aſpirare.
Aſtre.	Sydus.
Aſtreindre.	Aſtringere.
Aſtrologue.	Aſtrologus.
Aſtuce.	Aſtutia.
Atheiſte.	Atheiſta.
Atteſter.	Teſtari.
Attriſter.	Contriſtari.
Auſtere.	Auſterus.
Auſtraſie.	Auſtraſia.
B.	B.
B*Aptiſtere.*	BAptiſterium.
Baſtille.	Caſtellum.
Baſtion.	Propugnaculum.
Baſtant.	Sufficiens.
Baſtonnades, ſed in *Baſton* non pronunciatur.	Ictus baculi. Baculus.
Beſtiole.	Parvula beſtia.

Bime-

ſtre.	Bimeſtris.
it.	Panis cibarius.
hemer.	Blaſphemare.
ſtre.	Baluſtrum.
ue.	Ferox.
C.	C.
meriſte.	CAmeriſta.
ſque.	Galea.
lle.	Caſtilia.
r.	Caſtor.
ſtrophe.	Cataſtrophus.
e.	Celeſtis.
e.	Caſtus.
ianiſme.	Chriſtianiſmus.
ſ, quando cum mine, *Jeſus*, n-conſtruitur.	Chriſtus. Jeſus.
nſpect.	Circumſpectus.
nſtance.	Circunſtantia.
.	Siſtrum.
leſtin.	Clandeſtinus.
re.	Clyſter.
ſtral, ſed in *Cloi-* e non pronun- itur.	Clauſtralis. Clauſtrum.
uſtion.	Combuſtio.
ſquer.	Confiſcare.
ſter.	Conſiſtere.
ſtoire.	Conſiſtorium.

Conſpi-

Conſpirer.	Conſpirare.
Conſtant.	Conſtans.
Conteſter.	Conteſtari.
Conſtipé.	Conſtipatus.
Conſtituer.	Conſtituere.
Conſtruire.	Conſtruere.
Contriſter.	Contriſtari.
Conſtellation.	Conſtellatio.
Contreſcarpe.	Lorica exterior.
Correſpondre, ſed non pronunciatur in ſuo ſimplici *Reſpondre.*	Correſpondere. Reſpondere.
Coſmographe.	Coſmographus.
Crepuſcule.	Crepuſculum.
Croteſque.	Facetus.
Criſtal.	Criſtallus.
Crouſtiller.	Cruſtas edere.
Cuſtode.	Conopeum.
D.	D.
Damaſquiner.	Serico modo parare.
Debuſquer.	Expellere.
Demaſquer.	Tollere larvam.
Demonſtration, ſed in *Demonſtrer* non pronunciatur.	Demonſtratio. Demonſtrare.
Deſaſtre.	Infortunium.
Deſcription, ſed in *Deſcrire* non pronunciatur.	Deſcriptio. Deſcribere.

Deſeſpe-

perer.	Deſperare.
'er.	Deſiſtere.
ıner.	Deſtinare.
tuer.	Deſtituere.
uction, ſed in	Deſtructio.
ſtruire non	Deſtruere.
onunciatur.	
ter.	Deteſtari.
tion.	Digeſtio.
ntinuer.	Intermittere.
rder.	Diſſidere.
urir.	Recenſere.
race.	Malevolentia.
aroir, vel *Diſpa-ıſtre.*	Evaneſcere.
enſer.	Diſpenſare.
erſer.	Diſpergere.
oſer.	Diſponere.
uter.	Diſputare.
ance	Diſtantia.
iller.	Diſtillare.
inguer.	Diſtinguere.
ribuer.	Diſtribuere.
neſtique.	Domeſticus.
E.	E.
Scarbot.	Cantharus.
Eccleſiaſte.	Eccleſiaſtes.
leſiaſtique.	Eccleſiaſticus.
ıbuſcade.	Inſidiæ.
cabeau.	Scabellum.

Eſcadron.	Turma.
Eſcarpin.	Calceus levis.
Eſcarſelle.	Pera.
Eſclandre.	Infamia.
Eſclave.	Mancipium.
Eſcopette.	Bombarda.
Eſcorte.	Præſidium.
Eſcrime.	Pugillatus.
Eſpace.	Spatium.
Eſpagnol.	Hiſpanus.
Eſpece.	Species.
Eſperer.	Sperare.
Eſprit.	Spiritus.
Eſtafier.	Pediſſequus.
Eſtimer.	Æſtimare.
Eſtocade.	Enſis longus.
Eſtomach.	Stomachus.
Eſtropier.	Mutilare.
Eſtrapade.	Corporis agitatio.
Euangeliſte.	Euangeliſta.
Eſcalader.	Expugnare.
Eſcalier.	Scala.
Eſcarmoucher.	Confligere.
Eſcarre.	Impetus.
Eſcroquer.	Arripere.
Eſpadon.	Romphæa.
Eſpion.	Explorator.

F *Fan-*

F.	F.
Antaſtique.	PHantaſticus.
eſtin.	Convivium.
le.	Fonticulus.
que.	Marcidus.
tiſpice.	Frontiſpicium.
rer.	Fraudare.
ſte.	Funeſtus.
ger.	Caſtigare.
G.	G.
aſcon.	GAſco.
aſpiller.	Prodigere.
.	Geſtus.
iller.	Diſſipare.
ſque.	Facetus.
H.	H.
Iſtoire.	HIſtoria.
Holocauſte.	Holocauſtum.
talité, ſed in	Hoſpitalitas.
ſpital non pro-	Noſocomium.
nciatur.	
e.	Hoſtia.
ité.	Hoſtilitas.
ſcope.	Horoſcopus.
I.	I.
ſmin.	JAſminum.
ſpe.	Jaſpis.

Illuſtre.	Illuſtris.
Impoſteur.	Impoſtor.
Inceſte.	Inceſtus.
Inconſtant.	Inconſtans.
Indiſcret.	Temerarius.
Induſtrie.	Induſtria.
Indigeſtion.	Cruditas.
Indiſpoſition.	Indiſpoſitio.
Injuſte.	Injuſtus.
Inſcrire.	Inſcribere.
Inſpirer.	Inſpirare.
Inſtaler.	In officio collocare.
Inſtance.	Actio.
Inſiſter.	Inſiſtere.
Inſtinct.	Inſtinctus.
Inſtituer.	Inſtituere.
Inſtruire.	Inſtruere.
Inſtrument.	Inſtrumentum.
Inteſtins.	Inteſtina.
Inveſtir, ſed in ſimplici *Veſtir* non pronunciatur.	Inveſtire. cingere. Veſtire.
Juriſconſulte.	Juriſconſultus.
Juriſprudence.	Juriſprudentia.
Juſque.	Uſque.
Juſte.	Juſtus.

L.	L.
Legiſlateur.	Legiſlator.
Leſte.	Promptus.

Liſte

e.	Catalogus.
re.	Luſtrum. ſplendor.

M.	M.
Agiſtrat.	MAgiſtratus.
Majeſté.	Majeſtas.
ſtre de camp.	Præfectus exercitus.
ifeſte.	Manifeſtus.
culin , ſed in *laſle* non pronunciatur.	Maſculinus. Mas.
que.	Larva.
lic.	Cithocolla.
ſtre.	Miniſter.
ere.	Myſterium.
eſte.	Modeſtus.
ſter.	Vexare.
aſtere.	Monaſterium.
uée.	Templum Mahumetanum.
ſquet.	Bombarda.
ſtache.	Myſtax.
cade.	Moſchorarion.
cle.	Muſculus.

O.	O.
Bſcurcir.	OBumbrare.
Obſtacle.	Obſtaculum.
tiné.	Pertinax.
uſquer.	Offuſcare.

Oſtentation.	Oſtentatio.
Oueſt.	Occidens.
P.	P.
PAſqual, ſed in *Paſques* non pronunciatur.	PAſchalis. Paſcha.
Paſtenades.	Paſtinaca.
Paſteur, ſed in *Paſture* non pronunciatur.	Paſtor. Pabulum.
Perſiſter.	Perſiſtere.
Perſpective.	Perſpectiva.
Perſpicuité.	Perſpicuitas.
Peſte.	Peſtis.
Piſte.	Veſtigia.
Phantaſque.	Phantaſticus.
Piſtole.	Pars aurea novem florenorum.
Piſtolet.	Sclopetum.
Plaſtron.	Lorica.
Poſte.	Curſor.
Poſterité.	Poſteritas.
Poſtpoſer.	Poſtponere.
Predeſtiner.	Prædeſtinare.
Preſcrire, ſed in *Eſcrire* non pronunciatur.	Preſcribere. Scribere.
Preſque.	Fere.
Prognoſtiquer.	Præſagire.

Pro-

eſter.	Proteſtari.
ule.	Puſtula.

Q. Q.

Ueſtion, ſed in *Enqueſter* non pronunciatur.	QUæſtio. Inquirere.

R. R.

Eſiſter.	REſiſtere.
Reſpect.	Reſpectus.
irer.	Reſpirare.
aurer.	Reſtaurare.
e.	Reliquum.
ituer.	Reſtituere.
onſable, ſed in	Reſpondendus.
eſpondre non	Reſpondere.
ronunciatur.	
aurer.	Reſtaurare.
riction.	Reſtrictio.
buſte.	Robuſtus.
ſtique.	Ruſticus.
ſtre.	Nugator.
ſtaut.	Rudis.

S. S.

Acriſtie.	S Acriſtia.
Satisfaire.	Satisfacere.
hiſme.	Schiſma.
holaſtique.	Scholaſticus.

Seneſtre.	Siniſter.
Sequeſtrer.	Rem controverſam deponere apud aliquem.
Siniſtre.	Adverſus.
Subſiſter.	Subſiſtere.
Suſtenter.	Suſtentare.
Subſtituer.	Subſtituere.
Superſtition.	Superſtitio.
T.	T.
T*Empeſtueux*, ſed in *Tempeſte* non pronunciatur.	Tempeſtuoſus. Tempeſtas.
Terreſtre.	Terreſtris.
Teſtament.	Teſtamentum.
Teſticule.	Teſticulus.
Teſtifier.	Teſtari.
Teſton.	Pars argentea novemdecim ſtuf. cum ſemi.
Tranſcrire.	Tranſcribere.
Triſte.	Triſtis.
V.	V.
V*Aſte.*	Vaſtus.
Veſtale.	Veſtalis.
Veſtige.	Veſtigium.
Viſcoſité, &c.	Lentor.

s Pronunciatur ſemper in fine dictionis, *ains*, ſed.

t, in

t.

, in nominibus verbalibus, id eſt, quæ veniunt à Latinis, pronunciatur ut du-
c, *ss*, v. g. *patience*, patientia, *inten-*
, intentio, *devotieux*, devotus, *par-*
, partialis, *nuptial*, nuptialis, *mention*,
itio, *&c.*

, in medio compoſitorum, quando ul-
a compoſitionis pars incipit à conſo-
te, non pronunciatur, v. g. *avant-cou-*
, præcurſor, *pont-levis*, pons verſatilis,

ante, *s*, finale, non pronunciatur, v. g.
ets, hamuli, *brochets*, lupi marini,
, retia, *&c.*

n numeris à vigeſimo ſecundo inclu-
ad trigeſimum excluſivè pronuncia-
, *t*, in fine, licet ſequatur conſonans.
, nunquam pronunciatur in copulati-
&, neque in verbo, *poſtpoſer*, poſtpo-

x.

, nunquam in principio dictionum
icarum exponitur, ſed in quibuſdam
rnis, ut in, *Xanthus*, Xanthus, *Xe-
on*, Xenophon, & in his nominibus
priis, *Xainte*, Xantones, *Xaintonge*,

Santrones, in quibus, *x*, pronunciatur ut, *ſ*.

x, duplicem ſortitur ſonum: ante, *e*, *au*, &, *o*, dulciùs pronunciatur, ut, *gſ*, v. g. *exemption*, exemptio, *examen*, examen, *exorde*, exordium.

Ante alias vocales, & conſonantes, pronunciatur ut, *cſ*, v. g. *Alexandre*, Alexander: *extravagant*, ineptus: *exiler* exulare & *exil* exilium, primam ſequuntur regulam.

x, in fine dictionum, pronunciatur ut, *ſ*, v. g. *doux*, dulces, *beaux*: pulchri: excipiuntur *phenix*, phenix, *fix*, fixus, *prefix*, præfixus, *perplex*, perplexus, in quibus pronunciatur ut, *cſ*.

x, in dictionibus *excuſer*, excuſare, *expliquer*, explicare, *excommunier*, excommunicare, *exquis*, exquiſitus, *excrement*, excrementum, & in aliis ab his originem ducentibus, pronunciatur ut, *ſ*.

x, aliquando pronunciatur ut duplex, *ſſ*, ut, in *ſoixante*, ſexaginta, *auxerre*, altiſſiodorum, *lexive*, lixivium, *Bruxelles*, Bruxellæ.

x, non pronunciatur in *ſextier*, ſextarius, *fauxbourg*, ſuburbium.

z.

Secunda perſona pluralis, *z*, neceſſariò requi-

uirit; ita & pluralia nominum in ſin-
ıri *é* maſculinum habentium.

De Diphtongis.

*, diphtongus eandem ferè pronun-
onem ſortitur ac noſtrum, *o*, ſic,
l, calidus, *haut*, altus, *&c.*
, aliquando ut, *u*, vocalis pronuncia-
. g. *fleute*, fiſtula, *heureux*, fœlix, *aſſeu-*
curus, *veüe*, viſus.
dem modo pronunciatur in partici-
v. g. *conneu*, notus, *apperçeu*, conſpe-
conçeu, conceptus, *&c.* additur ipſis
ula *pourveu*, modo.
eterea in præteritis ſimplicibus. *j'eus*,
i, *je creus*, credidi; & in temporibus
formatis, v. g. *j'euſſe*, haberem, *je*
, crederem, *&c.*
pronunciatur ut, *oe*, apertum, v. g.
voir, concipere, *appercevoir*, videre.
medio, & in fine dictionum, præci-
nonoſyllabarum, ut in, *trois*, tres,
ıux, *Roy*, Rex, *foy*, fides, *boire*, bibere,
pyrum, *&c*
præteritis imperfectis pronunciatur
apertum, v. g. *j'aimois*, amabam, *je*
s, volebam, *je voudrois*, vellem, *&c.*
m ſervandum eſt in, *connoiſtre*, co-
ere, *paroiſtre*, apparere, *adroit*, dex-

 ter,

ter, *droit*, rectus, *froid*, frigidus, *courtois*, humanus, *François*, Gallus, *&c.*

Excipitur *droit*, jus, tunc enim pronunciatur, quaſi eſſet, *droet*.

Nettoyer mundare pronunciatur communiter *nettayer*.

oi, in quibuſdam dictionibus externis, ſeparatur, & ſeparatim pronunciatur, ut in, *Stoïque*, Stoicus, *hemorroïde*: hemorrhois: ſed duobus punctis notandum eſt.

De Triphtongis.

aou, pronunciatur ut, *ou*, in unica ſyllaba, ſic, *aouſt*, auguſtus, *ſaouler*, ſaturare, *&c.*

eau, in quibuſdam dictionibus, ut, *au*, in unica ſyllaba pronunciatur, ſic, *chapeau*, pileus, *beau*, pulcher, *manteau*, pallium, *nouveau*, novus, *&c.* ſeparatim pronunciatur in *beaume*, galea.

eui, pronunciatur ut, *eu*, ſic *dueil*; mœror, in qua dictione *l*, liquidè pronunciatur.

ieu, pronunciatur in unica ſyllaba, ſic *Dieu*, Deus, *lieu*; locus; item *yeux*: oculi. Separatur in adjectivis terminatis in, *ieux*, ſic. *devotieux*, devotus, *audacieux*, audax, & in dictionibus à verbis in, *ier*, provenientibus, ſic,

crieur, proclamator, *prieur*, rogator, à
r, clamare, *prier*, rogare.

ei, ut, *eui*, ſic *oeil*, oculus.

ou, ut, *eu*, ſic, *cœur*, cor.

ua pronunciatur in unica ſyllaba, ſic,
acre, turpis, *toüaille*, mantile.

Item, *oue*, ut in, *foüet*, flagrum, *foüetter*,
gris cædere.

ui, pronunciatur ut, *ou*, ante, *l*, liqui-
m, ſic, *moüiller*, madefacere, *grenoüille*,
unculus.

De Accentibus.

Tribus accentibus utimur, acuto ſcil.
vi, & circumflexo. Acutus ille eſt, quo
atur *é* maſculinum, v. g. *bonté*, bonitas,
itié, amicitia, *loüé*, laudatus, *&c.*

Gravis ille eſt, quo notantur adverbia
i, ut ab articulis, & conjunctionibus
tinguantur: quo etiam notatur parti-
a, *à*, quando non eſt verbum, ſic, *où*,
là.

Circumflexus denique ille eſt, quo no-
tur ſyllabæ longæ propter aliquam lit-
am rejectam, v. g. *âge*, ætas, *bâiller*, oſci-
, *bâtir*, ædificare.

De Apostropho.

Apoſtrophus eſt nota rejectæ vocalis

propter vocalem ſequentem. Omnia vero monoſyllaba in, *e*, fæmininum deſinentia patiuntur apoſtrophum, ſi dictio ſequens in eadem periodo, incipiat à vocali, vel, *h*, muto, v. g. *l'animal*, animal, *l'homme*, homo, *&c.*

Articulus fæmininus, *la*, ſic, *l'ame*, anima, *l'hoteſſe*, hoſpita.

Pronomen relativum, *la*, niſi poſt imperativum, v. g. *faites la entrer*: facias illam ingredi: ſed non adverbium loci, *là*, ibi.

Pronomen, *ma*, mea, ante dictiones, *amour*, amor, & *amie*, amica, ſumptas pro re amata, eliſionem patitur.

Particula, *ſi*, ſi, ſequentibus pronominibus *il*, vel, *ils*, v. g. *s'il aime*, ſi diligat.

Præterea *contre*, contra, & *entre*, inter, *contr' opoſer*, contra opponere, *s'en tr' aimer*, ſe mutuo diligere.

Item, *chaque*, unuſquiſque, *quelque*, vel *queque*, aliquis, ante, *un*, unus, & *une*, una. *juſques*, uſque, ante articulos, & adverbium *icy*, etiam eliſionem patitur, v. g. *juſqu' a la mort*, uſque ad mortem, *juſqu' icy*, huc uſque.

Præterea in dictionibus, *preud' homme*, probus homo, & *preud' homie*, probitas.

Notandum pariter quod, legendo & loquendo, *e* fæmininum, in fine dictionum,

apo-

apoſtrophum pati videatur, quando præcipuè dictio ſequens incipit à vocali, vel, *h*, muto: licet enim ſcribatur, nunquam tamen pronunciatur, v.g. *l'ame humaine eſt immortelle*, anima humana eſt immortalis.

Pariter, & non ſine quadam gratia, tacetur ſyllaba *es*, finalis, ſequente vocali vel, *h*, muto, & hoc in dictionibus diſſyllabis.

De Articulis.

Articuli ſunt quædam particulæ, quæ nominibus tum appellativis, tum propriis, ſolent præponi: duo autem articuli numerantur, definitus ſcil., & indefinitus: definitus, vel eſt maſculinus, vel fæmininus, vel communis.

Numerus Singularis.

Nom.& Accuſ.	*le*, hic,	*la*, hæc,	
		l'. hic *vel* hæc.	
Genit. & Ablat.	*du*,	*de la*,	*de l'*. hujus.
Dat.	*au*,	*a la*,	*a l'*. huic.
Vocat.	*o*,	*o*,	*o*.

Obſervandum eſt hos articulos communes omnibus, & ſolis nominibus à vocali, vel *h*, muto incipientibus præponi.

Nu-

Numerus Pluralis.

Nom. & Accuſ.	*les.* hi *vel* hæ.
Genit. & Ablat.	*des.* horum *vel* harum.
Dat.	*aux.* his.
Vocat.	*o.*

Articulus indefinitus caret nominativo tam ſingulari, quam plurali: habet in genit. & ablat. utriuſque numeri, *de*, & in Dativo, *a.*

De uſu Articulorum præcedentium.

Primò notandum eſt, articulum definitum dictiones ad aliquid particulare determinare: indefinitum vero in ipſa ſua extenſione relinquere: ita ut cum re ſpecificata, primus, & cum indefinita, ſeu univerſali, ſecundus apponatur; v. g. nomen Regis, ſi ſpecificetur pro noſtro, vel aliquo alio determinato, conſtruitur cum articulo definito: & idcirco dicendum eſt, *il eſt fils du Roy de France:* eſt filius Regis Galliæ: ſi vero non ſpecificetur, tunc articulus indefinitus debet uſurpari, v. g. *il eſt fils de Roy;* eſt filius Regis; *il eſt ſerviteur de Roy*, eſt ſervus Regis.

Infinitivi ſubſtantiva facti definitum articulum recipiunt, v. g. *le boire*, potus,

tus, *le manger*, cibus, *le dormir*, ſomnus, *&c.*

Quando actiones, vel exercitia ſpecificamus, utimur articulo definito, v.g. *il aime le jeu de la paume*: delectatur pilâ palmaria: ſed ſpecificando modum, vel locum, vel illorum exercitiorum inſtrumentum, utimur indefinito, v.g. *il aime un jeu de paume*, diligit ludum pilæ, *&c.*

Nomina propria declinantur cum articulo indefinito, v.g. *le livre de Pierre*; liber Petri; *la mere de Catherine*, mater Catharinnæ, *&c.*

Nomen, Deus, *Dieu*, ſumptum pro vero Deo, & hæc alia, *Monſieur*, Dominus, *Madame*, Domina, & *Mademoiſelle*, Domecella, habentur pro nominibus propriis; ideoque cum articulo indefinito declinantur. Dicitur tamen irridendo, *il fait le monſieur*, jactitat ſe dominum, *&c.*

Saint, Sanctus, *Maiſtre*, Magiſter, & *Dame*, Domina, poſita cum nominibus articulum indefinitum recipiunt, v. g. *le livre de Saint Ambroiſe*; liber Sancti Ambroſii; *la femme de Maiſtre Jacques*; uxor Magiſtri Jacobi; *le frere de Dame Guillemette*: frater Dominæ Guillelmæ: & ſine nominibus propriis cum articulo definito conſtruuntur, v. g. *le Saint Empire*; Sanctum Imperium, *le maiſtre du logis*; dominus diver-

diverſorii ; *la Dame du lieu*, domina loci.

In dictione vero, *Saint*, Sanctus, exceptio reperitur, quando ſcilicet cum ſequentibus nominibus *rue*, platea, *fauxbourg*, ſuburbium, *bourg*, pagus, ponitur, tunc enim ſine articulo exprimitur, v. g. *rue Saint Anthoine*; in platea Sancti Anthonii ; *au fauxbourg Saint Germain*; in ſuburbio Sancti Germani; *au bourg Saint Valery*, in pago Sancti Valerii, *&c.*

Articulus indefinitus ponitur etiam cum appellativis, in phraſibus generaliter negativis, v. g. *je n'ay ſecours d'homme quelconque*, *d'aucun homme*, *d'homme qui ſoit au monde*, à nemine auxilium habeo, &c.

Conſtruitur etiam cum omnibus pronominibus, v. g. *j'ay reçeu de mon pere*, recepi à meo patre, *de ton frere*, à tuo fratre, *de ſa main*, ex illius manu, *de ce garçon*, ab hoc puero, *de celuy la*, ab illo, *&c.*

Excipiuntur ab hac regula pronomina poſſeſſiva abſoluta, *mien*, meus, *tien*, tuus, *ſien*, ſuus, *noſtre*, noſter, *voſtre*, veſter, & *leur*, illorum, quæ articulum definitum recipiunt.

Ponitur etiam articulus indefinitus ante adjectiva poſt particulam relativam, *en*, abſolutè poſita, v. g. *il y en a d'autres*, ſunt alii:

alii: *il y en a de beaux*, ſunt pulchri; *j'en ay veu de grands*, vidi magnos, *&c.*

Notandus pariter quidam loquendi modus cum articulo indefinito ante quædam appellativa injuriarum locum tenentia, ut, *il a un chien d'eſprit*, peſſimum habet animum, *un diable d'entendement*; diabolicum ingenium; & hæc alia, *mon vieillard de Mary*; meus ſenex Maritus; *mon bon homme de pere*; meus bonus pater; *ma bonne femme de mere*, mea bona mater.

Adverbia quantitatis petunt poſt ſe articulum indefinitum, v. g. *donnez moy beaucoup de vin*, & *un peu d'eau*: da mihi multum vini, & parum aquæ: ſi vero paulilper commoremur in illa particula, *peu*, ac ſi eſſet coma, poſſumus dicere, *donnez moy un peu du vin*: da mihi ſemel vinum: tunc enim hæc particula, *peu*, ſemel, non eſt quantitati annexa, ſed aliam prorſus diverſam vim quaſi deprecativam ſortitur: vel ſpecificando rem, v. g. *donnez moy un peu de la viande, qui eſt devant vous*, da mihi ſemel ex carne, quæ coram te jacet. Eadem regula in nominibus quantitatis, & menſuræ ſervanda eſt, v. g. *donnez moy un verre de biere*, da mihi vitrum cereviſiæ; *une livre de ceriſes*; pondus ſeraſarum; *une aulne de toile*, ulnam lintei, *&c.*

Ad-

Adverbium, *bien*, bene, ſumptum pro, *beaucoup*, multum, petit poſt ſe articulum definitum, v. g. *il a bien du pouvoir*; habet multum authoritatis; *il ſçait bien des gentilleſſes*, ſcit multa venuſta, *&c.* compoſitum ſuum, *tres bien*, per multum, eandem ſequitur regulam.

Particulæ, *rien*, nihil, & *point*, non, petunt poſt ſe articulum indefinitum, v. g. *vous ne tirerez rien de cela*; nihil inde habebis, *il n'y a point de pain*, non eſt panis, *&c.* ſed ſi dictio, *tout*, ſequatur, articulus definitus ponendus eſt, v. g. *je n'ay rien du tout*; nihil habeo prorſus; *je n'en veux point du tout*, nullo modo volo.

Adverbium, *plus*, plus, ponitur cum indefinito, v. g. *il a plus de pouvoir*, habet plus authoritatis, *plus de pain*, plus panis, *plus de richeſſes*: plus divitiarum: ſed ſi ſpecificetur, dicetur, *je ne veux plus du valet, que j'ay eu autres foys*, nolo amplius famulum, quem alias habui.

Item cum dictione, *tout*, v. g. *je n'en veux plus du tout*: nolo amplius: quando vero vim comparativam habet, vel aliquod reſiduum ſignificat, petit poſt ſe particulam, *que*, v. g. *il eſt plus beau que vous*, eſt pulchrior te, *plus riche que moy*; ditior me; *il n'y a plus que cela*; hoc tantum reſtat; *il n'y en a plus que quatre*; tantum

tum ſuper ſunt quatuor; ſequentes phraſes obſervandæ ſunt, *ce n'eſt plus le temps*, illud tempus eſt præteritum; *il n'eſt plus temps*; non eſt amplius tempus; in quibus pronomina, *ce*, & *il*, conſtructionem mutant.

Moins, minus, petit etiam poſt ſe articulum indefinitum, ut, *pas moins de quatre:* non minus quam quatuor: ſed ſi ponatur cum dictione, *monde*, mundus, tunc definitum anteſe & poſt ſe deſiderat, ut, *donnez m'en le moins du monde*, da mihi pauliſper.

Force, vis, pro adverbio quantitatis ſumptum, articulum prorſus rejicit, v. g. *il a force biens*, habet multa bona, *force eſcus*, multos nummos, *&c.* ſi vero pro potentia, vel violentia ſumatur, petit poſt ſe articulum indefinitum, v. g. *il a gagné la bataille a force d'hommes*; vi hominum victoriam reportavit, *il a gagne ſon proces a force d'argent*, vi pecuniarum litem vicit.

Articulus indefinitus etiam ad cauſam efficientem, & materiam, ex qua res facta eſt, exprimendam, inſervit, v. g. *bruſler d'envie*, ardere invidia, *ſouſpirer de facherie*; ſuſpirare præ triſtia; *un pourpoint de ſatin*; thorax ſericus; *une maiſon de Pierres*, domus lapidea, *&c.*

Non etiam ſine elegantia infinitivo articu-

ticulum indefinitum præponimus, v. g. *de dire que cela ſoit arrivé de la ſorte*: dicere quod hoc ita evenerit, *de voir qu'il eſt comme je dis*, dicere quod hoc ſit ita ut dico.

Quibuſdam temporum anni nominibus definitum præponimus articulum, qui habet vim præpoſitionis, *en*, v. g. *on ne marie point le jour de la cene*; non celebrantur nuptiæ die cenæ; *j'iray pourmener l'eſté qui vient*, ibo de ambulatum proxima æſtate, *& je demeureray l'hyver au logis*, & per hyemem domi remanebo.

Notate ſequentes phraſes, *à la Françoiſe*; Gallico modo; *à l'Italienne*; Italico; *à l'Allemande*: Germanico: id eſt, *à la mode Françoiſe*; *à la façon d'Italie*; *à la mode d'Allemagne*: *trente de payez*, triginta eſt ſatisfactum, *vingt de chaſſez*, viginti vero rejecti, id eſt, *qui ont eſté payez*, &c.

Plurimis utimur phraſibus, in quibus nomen ſine articulo ponitur, ut in ſequentibus patet:

Avancer pays.	Progredi.
Avoir chaud.	Caleſcere.
Avoir froid.	Frigere.
Avoir faim.	Eſurire.
Avoir ſoif.	Sitire.
Avoir eſgard.	Reſpectum habere.
Avoir haſte.	Feſtinare.
Avoir opinion.	Exiſtimare.

Avoir

Avoir paix.	Habere pacem.
Avoir priſe.	Occaſionem vindictæ habere.
Avoir raiſon.	Rationem habere.
Avoir ſoin.	Curare.
Battre froid.	Lentè, *vel* cautè agere.
Boire tout.	Ebibere.
Couper broche.	Finem facere.
Couper court.	Brevibus verbis enarrare.
Courir danger, riſque, & fortune.	Periculo ſe exponere.
Couſter bon.	Multum conſtare.
Crier mercy.	Veniam præcari.
Donner aſſignation.	Locum *vel* tempus aſſignare.
Donner charge.	Munus imponere.
Donner congé.	Dare veniam.
Donner conſeil.	Suadere.
Donner courage.	Animos dare.
Donner entrée.	Aditum præbere.
Donner eſperance.	Spem largiri.
Donner ombrage.	Suſpicionis locum dare.
Donner parole.	Promittere.
Faire bon.	Spondere.
Faire butin.	Prædari.
Faire compagnie.	Conſortium facere.
Faire compte.	Credere.

Faire

Faire credit.	Mutuum dare.
Faire deſſein.	Deliberare.
Faire difficulté.	Difficultatem facere.
Faire emplette.	Mercem coemere.
Faire eſcorte.	Comitari.
Faire eſtat.	Opinari.
Faire eſtime.	Exiſtimare.
Faire faveur.	Favere.
Faire feſte.	Blandini.
Faire force.	Sibi promittere.
Faire gloire.	Sibi gloriari.
Faire gogaille.	Græcari.
Faire grace.	Ignoſcere.
Faire hommage.	Profiteri addictiorem clientelam.
Faire honneur.	Honorem reddere.
Faire honte.	Pudore ſuffundere.
Faire jour.	Aperire.
Faire lecture.	Legere.
Faire marche.	Incedere.
Faire mine.	Fingere.
Faire montre.	Oſtentare.
Faire nuit.	Contenebraſcere.
Faire office.	Fungi officio.
Faire partie.	Convenire.
Faire peur.	Terrorem incutere.
Faire pitié.	Commovere.
Faire rencontre.	Occurere.
Faire ſemblant.	Fingere.

Faire

Faire teſte.	Se opponere.
Faire treſve.	Paciſci.
Faire vente.	Vendere.
Faire voile.	Vela dare.
Fauſſer compagnie.	Jus ſocietatis violare.
Gagner pays.	Fugere.
Hanter compagnie.	Conſortium frequentare.
Joüer partie.	Ludere.
Lever boutique.	Officinam inſtituere.
Manger chaud.	Calidè edere.
Mettre enchere.	Licitari.
Mettre ordre.	Diſponere.
Ouvrir boutique.	Officinam aperire.
Parler François.	Gallicè loqui.
Paſſer maiſtre.	Magiſtrum recipi.
Payer tribut.	Tributum ſolvere.
Perdre courage.	Animos perdere.
Porter coup.	Effectum habere.
Porter envie.	Invidere.
Porter malheur.	Eſſe cauſam infelicitatis.
Porter ombre.	Suſpicionis locum præbere.
Prendre advis.	Conſilium capere.
Prendre congé.	Veniam capere.
Prendre courage.	Animos ſumere.
Prendre delay.	Differre.

Prendre femme.	Ducere uxorem.
Prendre garde.	Videre.
Prendre medecine.	Medicinam ſumere.
Prendre naiſſance.	Originem ducere.
Prendre ombrage.	Suſpicionem capere.
Prendre party.	Partes capere.
Prendre paine.	Facere.
Prendre pied.	Fundamentum capere.
Prendre plaiſir.	Gaudere.
Prendre poſſeſſion.	In poſſeſſionem pedem ponere.
Prendre querelle.	Diſſenſionem movere.
Prendre reſolution.	Apud ſe ſtatuere.
Prendre terre.	Terram appellere.
Preſter ſerment.	Juramentum præſtare.
Rendre combat.	Certamen inire.
Rendre compte.	Rationem reddere.
Rendre gorge.	Reſtituere.
Rendre maiſtre.	Aliquem in ſua arte perfectũ reddere.
Reputer ſage.	Credere ſapientem.
Retenir place.	Locum ſervare.
Scavoir gré.	Gratiam habere.
Sembler bon.	Sapere.
Tenir bordel.	Lupanar profiteri.

Tenir

Tenir boutique.	Merces vendere.
Tenir breland.	Gymnaſium aleatorum tenere.
Tenir conſeil.	Conſilium tenere.
Tenir compagnie.	Conſortium facere.
Tenir compte.	Rationes conficere.
Tenir meſnage.	Res domeſticas regere.
Trouver mauvais.	In malam partem accipere.

Exceptis quibuſdam, in quibus, ſi res ſpecificetur, articulus addendus eſt, v. g. *avoir la raiſon de ſon coſté*; habere jus à parte ſua; *avoir le ſoin, qui eſt neceſſaire d'avoir*; habere curam neceſſariam; *boire le chaud, & le froid*; calidum, & frigidum bibere; *demander le compte a l'hoſte*, petere rationes ab hoſpite, *&c.*

Inter nomen proprium, & conditionis attributum articulum minimè ponimus, v. g. *Marie Mere de Dieu*; Maria Mater Dei; *Louys Roy de France*, Ludovicus Rex Galliarum: ponendus vero, ut officii vel nationis differentia afferatur, v. g. *Pierre le conſeiller*; Petrus conſiliarius; *Scipion l'Affricain*, Scipio Africanus, *&c.*

De genere nominum.

Communiter dividimus nomina in ſubſtantiva & adjectiva, & ſunt maſculi-

ni, fœminini, vel communis generis: exceptis, *ce, cecy, cela*, hoc, *que*, quod, *tout*, omne, quæ ſunt neutrius generis. Ut autem faciliùs cujus ſint generis nomina, dignoſcatur, ſequentes regulæ diligenter obſervandæ ſunt.

Regulæ nominum maſculinorum.

Primo propria falſorum Deorum nomina ſunt maſculini generis, ut, *Jupiter, Mercure.*

Angelorum, ut, *Gabriel, Raphael.*

Hominum, ut, *Jean*, Joannes, *Anthoine*, Anthonius.

Dæmonum, ut, *Aſtarot, Belzebut.*

Nomina dignitatum, & officiorum ad hominem pertinentium, ut, *Advocat*, Advocatus, *Notaire*, Notarius, *Conſeiller*, Conſiliarius, *Greffier*, Graphiarius, *&c.*

Nomina menſium, & dierum, ut, *Janvier*, Januarius, *Febvrier*, Februarius, *Lundy*, dies Lunæ, *Mardy*, dies Martis, *&c.*

Nomina arborum, ut, *Heſtre*, Fagus, *freſne*: fraxinus: excipiuntur *palme*, palma, *vigne*, vinea, *epine*, ſpina, *ronſe*, rubus, quæ ſunt fœminini generis.

Nomina monetarum, ut, *eſcu*, nummus, *franc*, florenus, *ſol*, aſſis, *double*, duplum, *denier*, denarium, *&c.* excipiuntur

piſtole,

piſtole, duplio Hiſpanienſis, *maille*, denarioli ſemis: *deute*, deuta, *pite*, quadrans denarioli, quæ ſunt fœminini generis.

Nomina urbium, ut, *Paris*, Pariſii, *Lyon*, Lugdunum, *Orleans*, Aurelii, *&c.* niſi quando ipſis præponitur *Ville*, urbs, vel ſaltem ſubintelligitur, tunc enim ſunt fœminini generis, v. g. *la ville de Paris eſt belle*; civitas Pariſienſis eſt pulchra; *Naples de droit Françoiſe*, Neapolis ex jure Gallica: ſunt etiam alia quædam, quæ ſunt fœminina, ſed ſemper cum articulo ſuo ponuntur, ut, *la Chapelle*, Capella, *la Rochelle*, Rupella, *&c.*

Adjectiva facta ſubſtantiva, infinitivi pro nominibus uſurpati, multa adverbia, & tandem quævis orationis pars naturam ſubſtantivi accipiens, ſunt maſculini generis, ut, *le long*, longum, *le large*, latum, *le boire*, potus, *le manger*, cibus, *le trop deſoin*, nimia cura, *le trop d'aiſe*, nimia lætitia, *le pis*, pejus, *le mieux*, melius, *&c.*

Illa pariter, quæ in aliquam ex ſequentibus litteris deſinunt, *b*, *c*, *d*, *f*, *g*, *y*, *l*, *m*, *n*, *p*, *q*, *r*, *s*, *t*, *u*, *x*, *z*, ſunt maſculini generis, ut, *plomb*, plumbum: *choc*, illiſus, *ſac*, ſaccus: *bec*, roſtrum: *bled*, triticum, *gand*, chirotheca: *bond*, ſaltus: *fief*, prædium beneficiarium, *chef*, caput: *œuf*, ovum: *ſang*, ſanguis: *fourmy*, formica: *œil*, oculus: *cer-*

cueil, feretrum: *col*, collum: *nom*, nomen: *renom*, fama: *pavillon*, tentorium: *chauderon*, lebes: *charbon*, carbo: *chauſſon*, ſoccus lineus: *croupion*, uropygium: *creſſon*, naſturtium: *drap*, pannum: *ſyrop*, ſyrupus: *cinq*, quinque: *mouchoir*, ſtrophiolum: *miroir*, ſpeculum: *tablier*, antica pallula: *tambour*, tympanum: *repas*, paſtus: *proces*, lis: *compromis*, compromiſſum: *concert*, harmonia: *crochet*, uncus: *croiſſant*, lunula: *rempart*, vallum: *feſtu*, feſtuca: *crucifix*, crucifixus: *faix*, onus: *lambriz*, lacunar: *accez*, aditus, *&c.*

Excipiuntur à littera, *f*, *clef*, clavis, *nef*, navicula, *ſoif*, ſitis: à littera, *y*, *foy*, fides, *loy*, lex, *paroy*, paries: à littera, *m*, *faim*, fames: à littera *n*; nomina verbalia in, *ion*, ut, *action*, actio, *application*, applicatio, *affliction*, afflictio, & ſequentia, *maiſon*, domus, *boiſſon*, potus, *façon*, modus, *foiſon*, copia, *moiſſon*, meſſis, *priſon*, carcer, *raiſon*, ratio, *toiſon*, vellus, *rançon*, redemptionis prætium, *ſaiſon*, tempus, *venaiſon*, ferina caro, *main*, manus, *fin*, finis, quæ ſunt fæminini generis.

Excipiuntur à littera, *r*, deſinentia in *eur*, & quantitatem ſignificantia, ut, *longueur*, longitudo, *blancheur*, albedo, & ſequentia, *chair*, caro, *mer*, mare, *cueillier*, cocleare, *fleur*, flos, *teneur*, tenor, *cour*, aula, *tour*, turris.

A lit-

A littera, *t*, *dent*, dens, *mort*, mors, *foreſt*, ſylva, *nuict*, nox, *part*, pars.

A littera, *u*, *vertu*, virtus, *tribu*, tribus, *peau*, pellis, *eau*, aqua.

Excipiuntur denique à littera *x*, *chaux*, calx, *croix*, crux, *voix*, vox, *poix*, pix, *paix*, pax, *toux*, tuſſis, quæ ſunt fæminini generis.

Regulæ nominum fœmininorum.

Nomina propria mulierum ſunt fæminini generis, ut, *Marie*, Maria, *Marthe*, Martha, *Eliſabeth*, Eliſabetha.

Nomina officiorum, & conditionum ad mulieres pertinentium, ut, *Reyne*, Regina, *Conteſſe*, Comes, *Ducheſſe*, Dux, *nourrice*, nutrix.

Nomina Dearum Poëticarum, Nympharum, & Muſarum, ut, *Junon*, Juno, *Pallas*, Pallas, *Venus*, Venus.

Nomina fructuum, ut, *poire*, pirum, *pomme*, pomum, *noix*, nux, *ceriſe*, cerasum, *prune*, prunum: excipiuntur *abricot*, malum armeniacum, *citron*, citreum, *limon*, limonium, *marron*, balanus, *raiſin*, uva, *coin*, cydonium, *melon*, pepon, *concombre*, cucumer, *poivre*, piper, *gingembre*, zinziber, *genevre*, Juniperus, *naveau*, napus, *poireau*, verruca, *oignon*, cepe, *glan*, glans,

glans, *champignon*, fungus, quæ omnia ſunt maſculini generis.

Nomina propria regnorum, & provinciarum, ut, *la France*, Gallia, *l'Eſpagne*, Hiſpania, *l'Angleterre*, Anglia, *la Hollande*, Hollandia: *la Picardie*, Picardia, &c. excipiuntur, *le Dennemarc*, Daniæ Regnum, *le Japon*, Japonia, *le Perigors*, Petrocarii, *le Poitou*, Pictavi, *le Languedoc*, Tectoſagi, & alia quædam, quæ uſus docebit, quæ ſunt maſculina.

Nomina virtutum, ut, *force*, vis, *prudence*, prudentia, *temperance*, temperantia.

Nomina menſium in compoſitione, ut, *la my-aouſt*, ſemi-auguſtus, *la my-ſeptembre*, ſemi-ſeptember.

Nomina terminata in *é* maſculinum ſunt communiter fœminina, ut, *cité*, civitas, *nativité*, nativitas, *moitié*, media pars, *pitié*, commiſeratio, *cruauté*, crudelitas, *principauté*, principatus, &c. Excipiuntur, *blé*, frumentum, *clergé*, clerus, *congé*, venia, *paſté*, artocreas, *coſté*, latus.

Nominibus in *e*, fœmininum deſinentibus regulam non adſcribam, neque ad aliquod genus particulare determinabo, cum ferè eorum una pars ſit fœminini, altera verò maſculini generis, peritis magiſtris, & experientiæ docenda relinquam donec

donec duo ex celebrioribus linguæ Gallicæ magiſtris inter ſe convenerint, alter enim maſculina, alter fæminina eſſe aſſerit:

Adultere, adulterium, eſt maſc.

Adultere, adulter, adultera, eſt comm.

Couple, id. duæ perſonæ matrimonio, vel aliæ inter ſe, mutuò diligentes, eſt maſc.

Couple, id eſt, par, fæm.

Homicide, homicidium, eſt maſc.

Homicide, homicida, eſt comm.

Barbe, equus, maſc.

Barbe de l'homme, fæm.

Coche, eſſedium, maſc.

Coche, ſus fæmina, fæm.

Enſeigne, ſignifer, maſc.

Enſeigne, vexillum, fæm.

Garderobbe, muliebris tunica, maſc.

Garderobbe, veſtiarium vel forica, fæm.

Greffe, forenſe tabularium, maſc.

Greffe, ſurculus, fæm.

Livre, liber, maſc.

Livre, libra, fæm.

Manche de couteau, cultri manubrium, maſc.

Manche de pourpoint, ou chemiſe, manica thoracis, vel induſii, fæm.

Page, Pediſſequus, maſc.

Page, Pagina, fæm.

Temple, Templum, maſc.

Temple, Tempus, fæm.

Voile de navire, Velum, fæm.

Voile, que portent les femmes, Velamen, maſc.

Vague, vacuum, maſc.

Vague de mer, fluctus æſtuans, fæm.

Et ſic de aliis quibuſdam, quæ uſus docebit.

Quomodo formentur fæminina ſubſtantiva à ſuis maſculinis.

Communiter ſubſtantiva fæminina formantur à ſuis maſculinis addendo, *e*, fæmininum, v. g. *marchand*, mercator, *marchande*: mercatrix: *cuiſinier*, coquus, *cuiſiniere*, coqua, &c.

Maſculina in *e* fæmininum deſinentia accipiunt *ſſe* in fæminino, v. g. *Prince*, *Princeſſe*: Princeps: *Conte*, *Conteſſe*. Comes.

Maſculina in, *eur*, deſinentia fæmininum habent partim in, *euſe*, ut, *menteur*, *menteuſe*: mendax: *revendeur revendeuſe*: propola: *flateur*, adulator, *flateuſe*: adulatrix: *trompeur*, *trompeuſe*: fallax: *peſcheur*, piſcator, *peſcheuſe*: piſcatrix: partim in, *eſſe*, ut, *pecheur*, peccator, *pechereſſe*: peccatrix: *vengeur*, *vengereſſe*: vindex: partim in *trice*, ut, *Empereur*, Imperator,

perator, *Imperatrice*: Imperatrix: *electeur*, elector, *electrice*: electrix: *tuteur*, tutor, *tutrice*: tutrix: *inventeur*, inventor, *inventrice*: inventrix: partim in *ante*, ut, *Gouverneur*, Gubernator, *Gouvernante*: Gubernatrix: *ſerviteur*, famulus, *ſervante*, famula, &c.

Terminata in, *eau*, mutant, *eau*, in, *elle*, ut, *maquereau*, leno, *maquerelle*. lœna.

Superſunt multa alia, de quibus certa regula dari non poteſt, ideoque uſu addiſcenda, ut *cheval*, equus: *jument*, vel *cavale*: equa: *cerf*, cervus, *biche*: cerva: *taureau*, taurus, *vache*: vacca: *coq*, gallus, *poule*: gallina: *Dieu*, Deus, *Deeſſe*: Dea: *Duc*, *Ducheſſe*: Dux: *rat*, *ſouris*: mus: *fils*, filius, *fille*: filia: *loup*, lupus, *louve*: lupa: *levrier*, *levrette*: vertagus: *Roy*, Rex, *Reyne*: Regina: *nepveu*, nepos, *niepce*: neptis: *nourricier*, nutritor, *nourrice*, nutrix, &c.

Fœminina, quæ à propriis nominibus proveniunt, irregularia ſunt, ut, *Jean*, Joannes, *Jeanne*: Joanna: *Pierre*, Petrus, *Perrette*: Petra: *Claude*, Claudius, *Claudine*: Clauda: *Anthoine*, Anthonius, *Anthoinette*: Anthonina: *Jacques*, Jacobus, *Jacqueline*: Jacoba: *Eſtienne*: Stephanus,

Tiennette : Stephana : *Thomas*, *Thomaſſe*, Thomas, &c.

Quomodo formentur adjectiva fæminina à ſuis maſculinis.

Communiter formantur à maſculinis, addendo, *e* fæmininum, ut, *prudent*, *prudente* : prudens : *fort*, *forte* : fortis : *grand*, magnus, *grande*, magna, &c.

Quæ deſinunt in *x*, mutant, *x*, in, *ſe*, ut, *creux*, cavus, *creuſe*, cava, *querelleux*, litigioſus, *querelleuſe* : litigioſa : *poüilleux*, pedicoſus, *poüilleuſe* : pedicoſa : *perilleux*, periculoſus, *perilleuſe* : periculoſa. Excipiuntur *doux*, dulcis, & *faux*, falſus, quæ habent, *douce*, dulcis, & *fauſſe*, falſa.

Eſpais, denſus, habet in fæminino *eſpaiſſe* : denſa : *frais*, *fraiche*, recens : *tiers*, tertius : *tierce*, tertia : *abſous*, abſolutus : *abſoute*, abſoluta : *roux*, rufus, *rouſſe*, rufa.

Adjectiva in, *eau*, mutant, *eau*, in *elle*, ut *beau*, pulcher, *belle*, pulchra : *nouveau*, novus, *nouvelle*, nova.

Adjectiva in, *c*, deſinentia mutant, *c*, in *que*, ut *public*, publicus, *publique* : publica : excipiuntur, *blanc*, albus, *franc*, liber, *ſec*, ſiccus, quæ accipiunt *he*, ut *blanche*, alba, *franche*, libera, *ſeche*, ſicca.

Verd, viridis, habet in fæminino *verte*.

Maſcu-

Maſculina terminata per, *e*, fœmininum nihil mutant in fœminino, ſic *honneſte homme*, honeſtus homo: *honneſte femme*, honeſta fœmina: *facile*, facilis, *humide*, humidus, *fantaſque*, moroſus, &c.

Terminata in, *f*, mutant, *f*, in *ve*, ut, *vif*, vivus: *vive*, viva: *chetif*, miſer: *cheve*, miſera: *maladif*, valetudinarius: *maladive*, valetudinaria: *juif*, judæus: *juive*, judæa.

Terminata in *as*, *en*, *ol*; *on*, *os*, *ot*, duplicant conſonantem, & addunt, *e*, fœmininum, ut *gras*, *graſſe*, pinguis: *bas*, inferus: *baſſe*, infera: *payen*, paganus: *payenne*, pagana: *Italien*, Italus: *Italienne*, Itala: *Chreſtien*, Chriſtianus: *Chreſtienne*, Chriſtiana: *magicien*, magus: *magicienne*, maga: *fol*, ſtultus: *folle*, ſtulta: *bon*, bonus: *bonne*, bona: *gros*, craſſus: *groſſe*, craſſa: *ſot*, inſanus: *ſotte*, inſana.

Diſpos, alacris, ſequitur regulam generalem, ideoque, habet, *diſpoſe*.

Courtaut, brevis: *lourdaut*, ſtupidus: *noiraut*, ſubniger: *ruſtaut*, agreſtis: & *ſourdaut*, ſurdaſter: habent in fœminino, *courtaude*, *lourdaude*, *noiraude*, *ruſtaude*, *ſourdaude*.

Numeri Cardinales, excepto, *un*; qui habet, *une*, nihil mutant in fœminino.

De Declinatione nominum.

Licet nomina, & participia Gallica videantur indeclinabilia, nihilominus aliquo modo propter articulorum applicationem declinabilia nominamus: ut autem linguæ Gallicæ cupidis nihil deſit, hic quædam exempla cum articulis definitis, & indefinitis apponemus: & primo nominum propriorum à vocali vel conſonante incipientium, quæ ſive maſculina, ſive fœminina ſemper cum articulo indefinito declinantur.

Nom. & Accuſ. *Pierre*, Petrus.
Genit. & Ablat. *de Pierre*, Petri.
Dat. *à Pierre*, Petro.
Nom. & Accuſ. *Catherine*, Catharina.
Genit. & Abl. *de Catherine*, Catharinæ.
Dat. *à Catherine*, Catharinæ.
Nom. & Accuſ. *Anthoine*, Anthonius.
Genit. & Ablat. *d'Anthoine*, Anthonii.
Dat. *à Anthoine*, Anthonio.
Nom. & Accuſ. *Anne*, Anna.
Genit. & Ablat. *d'Anne*, Annæ.
Dat. *à Anne*, Annæ.

Sequitur exemplum nominis appellativi maſculini incipientis à conſonante

Nom. & Accuſ. *le cheval*, equus.
Genit. & Ablat. *du cheval*. equi.
Dat. *au cheval*. equo.

Sequi-

Sequitur exemplum nominis appellativi fæminini incipientis à conſonante.

Nom. & Accuſ. *la femme*, fæmina.

Genit. & Ablat. *de la femme*, fæminæ.

Dat. *à la femme*, fæminæ.

Sequuntur denique exempla nominum appellativorum, tum maſculinorum, cum fæmininorum à vocali, vel, *h*, muto incipientium.

Nom. & Accuſ. *l'homme*, homo: *l'ame*, anima.

Genit. & Ablat. *de l'homme*, hominis, *de l'ame*, animæ.

Dat. *à l'homme*, homini, *à l'ame*, animæ.

Et ſic de aliis.

De pluralis numeri formatione.

Pluralia omnium nominum formantur communiter à ſingularibus ſumendo, *s*, ut, *arbre*, arbor, *arbres*: arbores: *homme*, homo, *hommes*: homines: *bon*, bonus, *bons*: boni: dixi omnium nominum, propria enim in quibuſdam loquendi modis plurale admittunt, ut in ſequenti propoſitione patet: *tous les Pierres eſtoient d'un coſté, & les Jacques de l'autre*, omnes Petri ſtabant ab una parte, & Jacobi ab alia.

Terminata in, *e*, maſculinum accipiunt,

piunt, z, in plurali, v. g. *bonté*, bonitas: *bontez*, bonitates: *liberalité*, liberalitas: *liberalitez*, liberalitates, &c.

Nomina in *al* & *ail* habent communiter in plarali *aux*, ut *Cardinal*, Cardinalis: *Cardinaux*, Cardinales: *mal*, malum: *maux*, mala: *cheval*, equus: *chevaux*, equi: excipiuntur ſequentia, quæ regulam generalem ſequuntur, *bocal*, ampulla: *bocals*, ampullæ: *attirail*, apparatus: *mail*, luſus tudicularis: *naval*, navalis: *bal*, choræa: *cal*, callum: *poitrail*, anticena.

Etiam ſequentia obſervanda ſunt, *ciel*, *cieux*, cæli: *genoüil*, genu: *genoux*, genua: *veroüil*, peſſulus: *veroux*, peſſuli: *œil*, oculus: *yeux* oculi: *vieil*, ſenex: *vieux*, ſenes: quod etiam in ſingulari uſurpatur, & communiter ante dictionem à conſonante inchoatam ponitur, ut *vieux ſoldat*, veteranus miles.

Exemplum pluralis.

Nom. & Accuſ.	*les arbres*,	arbores.
Genit. & Ablat.	*des arbres*,	arborum.
Dat.	*aux arbres*,	arboribus.
Nom. & Accuſ.	*les livres*,	libri.
Genit. & Ablat.	*des livres*,	librorum.
Dat.	*aux livres*,	libris.

Unde

Unde comparativum & ſuperlativum formentur.

Comparativum communiter à poſitivo formatur præpóſitâ ipſi particulâ, *plus*: plus: & ſuperlativum, præpoſitâ particulâ, *tres*, valde, ut *grand*, magnus, *plus grand*, major, *tres grand*, maximus: *ſage*, ſapiens, *plus ſage*, ſapientior, *tres ſage*, ſapientiſſimus.

Sequentia ſunt irregularia, *bon*, bonus: *meilleur*: melior: *mauvais*, malus. *pire*, pejor; *petit*, parvus: *moindre & plus petit*, minor: *bien*, bene, *mieux*, melius: *mal*, male: *pis*, pejus: *peu*, parum: *moins*, minus: *bien*, id eſt, *beaucoup*, multum, *plus*, *davantage*, plus.

Utimur ſuperlativo quando ſimpliciter rem aliquam, nulla facta comparatione cum alia, æſtimamus, vel extollimus, ut, *cet homme eſt tres docte*, ille homo eſt doctiſſimus.

Sed quando plures ſimul comparamus, & altera alteris præfertur, utimur comparativo, præpoſito ipſi articulo definito, licet Latini per ſuperlativum explicent, v. g. *il eſt le plus ſage de tous*, eſt ſapientiſſimus omnium, *il eſt le plus docte de tous*: eſt doctiſſimus omnium.

Sumimus à Latinis, *doctiſſime*, *excellentiſſime*,

lentiſſime, grandiſſime, ignorantiſſime, illuſtriſſime, reverendiſſime, & ſereniſſime, ſed cum pronunciatione fæminina.

De forma diminutiva.

Adjectiva, & ſubſtantiva maſculina faciunt ſuum diminutivum in, *et*, &, *elet*, *gras*, *graſſet*, pinguis: *couteau*, *coutelet*, culter: *grand*, *grandelet*, magnus. Fæminina vero in, *ette*, &, *elette*, ut, *femme*, *femmelette*: fæmina: *maiſon*, *maiſonnette*, domus.

Sequuntur irregularia, *advocaceau*, & *advocacereau d'advocat*, advocatus: *vermiſſeau de ver*: vermis: *bergerot de berger*: paſtor: *bergerotte*, & *bergeronnette de bergere*: paſtor fæmina: *bellot de beau*: pulcher: *bellotte de belle*: pulchra: *follet de fol*: ſtultus: *bouvillon de bœuf*: bos: *barbillon de barbeau*: barbatus mulus: *brocheton de brochet*: lucius: *arbiſſeau d'arbre*: arbor: *aſnon d'aſne*: aſinus: *chaton de chat*: felis: *couleuvreau de couleuvre*: coluber: *vipereau de vipere*: vipera: *diablottin de diable*: dæmon: *lionceau de lion*: leo: *levraut de lievre*: lepus: *levron de levrier*: vertagus: *lapereau de lapin*: cuniculus: *chaponneau de chapon*: capo: *louveteau de loup*: lupus: *porcelet de porc ou porceau*: porcus: *cochonnet de cochon*: porcellus: *menotte de main*: manus:

manus : *ruelle de rue*, platea : *pigeonneau de pigeon*, columba : *perdreau de perdrix*, perdrix : *preau de pré*, pratum : *petiot de petit*, parvus : *pendardeau de pendard*, nebulo, &c. quorum plurimis adjectivum *petit* & *petite* vera diminutivorum ſigna mallem proponere.

Diminutiva nominum propriorum formantur hoc modo, *Charlot de Charles*, Carolus : *Janot de Jean*, Joannes : *Jacquet de Jacques*, Jacobus : *Henriot de Henry*, Henricus : *Deniſot de Denis*, Dionyſius : *Claudin & Claudine de Claude*, Claudius : *Marotte de Marie*, Maria : *Annette & Annon d'Anne*, Anna : *Jeanneton de Jeanne*, Joanna : *Magdelon de Magdaleine*, Magdalena : *Margot & Margoton de Margueritte*, Margareta : *Colin de Nicolas*, Nicolaus : *Catin & Cataut de Catherine*, Catharina, &c.

Numeri Cardinales.

Un, unus : *une*, una.	*Neuf*, novem.
Deux, duo.	*Dix*, decem.
Trois, tres.	*Onze*, undecim.
Quatre, quatuor.	*Douze*. duodecim.
Cinq, quinque.	*Traize*, tredecim.
Six, ſex.	*Quatorze*, quatuordecim.
Sept, ſeptem.	
Huict, octo.	*Quinze*, quindecim.

Saize,

Saize, ſedecim.
Dix ſept, ſeptemdecim.
Dix huict, octodecim.
Dix neuf, novemdecim.
Vingt, viginti.
Vingt & un, viginti & unum.
Trente, triginta.
Quarante, quadraginta.
Cinquante, quinquaginta.
Soixante, ſexaginta.
Soixante & dix, ſeptuaginta.

Quod eſt melius quam *ſeptante*, niſi arithmeticè ſumatur: Item *quatrevingts*, 80. *quatrevingts dix*, 90. *cent*, 100. *ſix vingts*, potius quam, *cent vingt*, 120. & poſtea, *cent-trente*, 130. *cent quarante*, 140, *mille*, 1000. *million*, 1000000.

Mille rejicit, *le*, in annorum numero, & dicitur ſcribiturve, *mil quatre cents*, *mil cinq cents*, &c.

Præterea obſervandum eſt in numeris compoſitis, copulativam, *&*, rejici, niſi ante nomen unitatis, ut, *vingt & un*, *vingt deux*, *vingt trois*, & ſic de cæteris uſque ad *quatre vingts*, quod nunquam recipit: dicimus enim *quatre vingts un*, &c. *cent un*, &c. & *ſix vingts un*, &c.

Idem in numeris ordinalibus ſervandum eſt.

Nu-

Numeri ordinales.

Premier, primus.
Deuxieſme, ſecundus.
Troiſieſme, tertius.
Quatrieſme, quartus.
Cinquieſme, quintus.
Sixieſme, ſextus.
Septieſme, ſeptimus.
Huictieſme, octavus.
Neufieſme, nonus.
Dixieſme, decimus.
Vingtieſme, vigeſimus.
Vingt & unieſme, vigeſimus primus.

Hic obſervandum eſt nunquam poſt dictiones *an*, & *année*, junctas cum *mille*, uſurpari: ſed Cardinales, v. g. dicitur, *l'an mil ſix cents vingt cinq*, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, & non, *vingt cinquieſme*.

In quibuſdam aliis eſt indifferens, dicitur enim, *pagè trente cinq*, vel *trente cinquieſme*, pagina trigeſima quinta: *feüillet dix huict*, vel *dix huictieſme*, folio decimo octavo.

Quando dicimus, *Charles cinquieſme*, Carolus quintus, Regem Galliæ: quando verò, *Charles quint*, Carolus quintus, Imperatorem ſignificare volumus.

Dicitur etiam, *Charles neuf*. Carolus nonus: *Louis traize*, Ludovicus decimus tertius: pro *Charles neufieſme*, &c.

Unieſme in compoſitione tantum uſurpatur, ut *vingt & unieſme*, vigeſimus primus,

mus , *trente & unieſme*, trigeſimus primus , &c.

Second, ſecundus , dicitur etiam pro *deuxieſme* , ſed nunquam in compoſitione ponitur.

Præterea obſervandum eſt , quod numeri Cardinales cum articulo maſculino definito pro ipſis cartis uſurpentur , ut, *le deux , le trois , le quatre*, &c. Conſtruuntur etiam cum nomine unitatis , ut , *un deux, un trois, un quatre* , &c.

Cent , centum , pro quantitate ſpecificata ſumptum , articulum definitum admittit , ut , *le cent couſte trente livres* , centum conſtat triginta florenis : cui addenda ſunt, *le demy-cent*, quinquaginta, *le carteron* , viginti quinque , *le demy-carteron* , &c.

Aliquid inſuper obſervandum eſt de numero & diſpoſitione dierum , ſeptimanarum , menſium , & annorum : Germani enim, & Hollandi dicunt *quatorze jours*, quatuordecim dies , vel *deux ſepmaines* , duæ ſeptimanæ : nos vero dicimus *quinze jours*, quindecim dies : *huict jours* , octo dies , & non , *une ſepmaine* , una ſeptimana , niſi præciſè ſumatur : dicimus *trois ſepmaines* , tres ſeptimanæ , *un mois* , menſis , & non *quatre ſepmaines* , quatuor ſeptimanæ : *cinq ſepmaines* , quinque ſeptimanæ,

manæ, *ſix ſepmaines*, ſex ſeptimanæ ; & non, *un mois & demy*, menſis cum dimidio : *ſept ſepmaines*, ſeptem ſeptimanæ, *deux mois*, duo menſes, *neuf ſepmaines*, novem ſeptimanæ, *deux mois & demy*, duo menſes cum dimidio, potius quam *dix ſepmaines*, decem ſeptimanæ, *onze ſepmaines*, undecim ſeptimanæ, *trois mois*, tres menſes, & non, *un cart d'an* : *trois mois & demy*, tres menſes & dimidius, *ſix mois* potius quam *demy an*, ſemi-annus, *neuf mois*, & nunquam *trois carts d'an*, novem menſes, *un an*, annus, vel *douze mois*, duodecim menſes, *quinze mois*, & non, *cinq quarts d'an*, quindecim menſes, *un an & demy*, & *dix huict mois*, annus cum dimidio, *vingt mois*, viginti menſes, *deux ans*, duo anni, *vingt ſept mois*, viginti ſeptem menſes, *deux ans & demy*, duo anni cum dimidio, &c.

De pronomine & primò de perſonali.

Pronomina perſonalia, vel conjunctiva ſunt, vel abſoluta : conjunctiva non reperiuntur niſi cum verbis, vel his duobus adverbiis, *voilà*, & *voicy*, ecce, conjuncta : abſoluta vero, abſolutè, ſubaudito verbo, vel quadam alia orationis parte, ponuntur.

Con-

Conjunctiva declinantur ſine articulo: abſoluta cum indefinito, niſi immediatè ſecundas perſonas imperativi verborum activorum ſequantur: tunc enim ſine articulo uſurpantur, v. g. *donnez moy voſtre livre*, da mihi tuum librum, & non *donnez à moy*: ponuntur pariter ſine articulo, quando verbum præcedunt, ut, *il luy a baillé ſon manteau*, dedit illi ſuum pallium.

Conjunctiva ſemper verbum præcedunt, v. g. *je ſuis*, ſum: *tu manges*, edis: *il boit*, bibit, &c. Excipiuntur phraſes interrogativæ, in quibus poſtponi debent, v. g. *fay je?* facio? *que penſes tu?* quid meditaris? *que dit il?* quid dicit? excipiendæ ſunt præterea ſequentes phraſes, quæ quaſi per parentheſin efferuntur, *ce dit il*, ait ille: *ce penſent ils*, arbitrantur illi, &c.

In his etiam, quæ per conjunctionem, *ſi*, exprimuntur: *Pierre eſt ignorant, ſi a-t-il eſtudié*, Petrus eſt ignarus, attamen diu ſtuduit: *vous faites l'entendu, ſi vous connoiſt-on bien*, multum tibi tribuis, tamen es ſatis notus.

Præterea aliquid affirmando, ut, *faites cela, auſſy feray je*, fac hoc, faciam: *j'eſtudie bien, auſſy faut-il*, rectè ſtudeo, etiam convenit: & in ſequentibus, *je ne vous crains point, fuſſiez vous un Rodomont*, non

te timeo, etſi eſſes Rodom: *on ne vous croira point, fiſſiez vous les plus grands ſerments du monde*, tibi fides non adhibebitur, etſi innumera præſtares juramenta.

Imperativi, in phraſibus negativis, petunt ante ſe pronomen conjunctivum, v. g. *ne m'offenſez pas*, ne lædito me: *ne m'importunez pas*, noli mihi eſſe importunus.

Conjunctiva, *me, te, ſe*, poſita cum, *faire dire*, duplicem ſenſum longè diſſimilem ſortiuntur, v. g. *je te feray dire la verité par un autre*. curabo tibi ſignificetur veritas per alium, id eſt, *à toy*: *je te feray dire la verité*, faciam ut dicas veritatem, id eſt, *je feray que tu diras la verité*.

Quoad diſpoſitionem relativorvm *le, la, les*, cum pronominibus perſonalibus, obſervandum eſt quod conſtruendo cum dativis, *luy & leur*, phraſes ferè vitioſæ fiunt: dicitur enim melius, *je luy donneray*, illi dabo: *je leur envoye*, ipſis mitto: quam *je les luy donneray*, *je les leur envoye*.

E contrà, *me, te, ſe, nous, & vous*, hæc relativa ſemper poſt ſe habere cupiunt, v. g. *Monſieur me l'achettera*, dominus mihi emet: *Madame te le dira*, domina tibi dicet: *Jean ſe le faira payer*, Joannes curabit ut ſibi ſolvatur: *le valet nous le montrera*, famulus nobis oſtendet: *la ſervan-*

te nous les apportera, ancilla nobis afferet.

Conjunctiva primæ perſonæ.

Sing.	Nom.	*je*, ego.
	Dat. & Accuſ.	*me*, mihi, me.
Plur.	Nom. Dat. & Accuſ.	*nous*, nos, nobis.

Conjunctiva ſecundæ perſonæ.

Sing.	Nom.	*tu*, tu.
	Dat. & Accuſ.	*te*, tibi, te.
Plur.	Nom. Dat. & Accuſ.	*vous*, vos, vobis

Conjunctiva tertiæ perſonæ.

Sing.	Nom.	*il*, ille : *elle*, illa.
	Dat.	*luy*, illi.
	Accuſ.	*le*, illum : *la*, illam.
Plur.	Nom.	*ils*, illi : *elles*, illæ.
	Dat.	*leur*, illis.
	Accuſ.	*les*, illos illas.

Abſo-

Abſoluta primæ perſonæ.

Sing.	Nom. & Accuſ.	*moy*,	ego.
	Genit. & Ablat.	*de moy*,	mei.
	Dat.	*à moy*,	mihi.
Plur.	Nom. & Accuſ.	*nous*,	nos.
	Genit. & Ablat.	*de nous*,	noſtrum.
	Dat.	*à nous*,	nobis.

Abſoluta ſecundæ perſonæ.

Sing.	Nom. & Accuſ.	*toy*,	tu.
	Genit. & Ablat.	*de toy*,	tui.
	Dat.	*à toy*,	tibi.
Plur.	Nom. & Accuſ.	*vous*,	vos.
	Genit. & Ablat.	*de vous*,	veſtrum.
	Dat.	*à vous*,	vobis.

Abſoluta tertiæ perſonæ.

Sing.	Nom. & Accuſ.	*luy*, ille: *elle*,	illa.
	Genit. & Ablat.	*de luy*, *d'elle*,	illius.
	Dat.	*à luy*, *à elle*,	illi.
Plur.	Nom. & Accuſ.	*eux*, illi: *elles*,	illæ.
	Gen. & Abl.	*d'eux*, *d'elles*,	illarum.
	Dat.	*à eux*, *à elles*,	illis.

De pronominibus demonſtrativis.

Pronomina demonſtrativa ſunt, *ce*, hic,

cette, hæc, *cecy*, *cela*, hoc : *celuy*, ille, *celle*, illa : *celuy-cy*, hic, *celuy-là* ille : *celle-cy*, hæc, *celle-là*, illa, &c.

Ce, hic, & *cette*, hæc, declinantur cum articulo indefinito. *Ce*, ante nomina à conſonante, *cet*, ante nomina à vocali vel, *h*, muto inchoantia, collocatur.

Illa duo pronomina præcedunt ſemper ſubſtantivum, v. g. *ce Seigneur*, hic Dominus, *cette Dame*, hæc Domina : *cette homme*, hic homo, *cette ame*, hæc anima. Et ad magis expreſſam demonſtrationem ipſis addimus *cy* & *là* : *cy* quando rem proximam, & *là*, quando remotam oſtendimus : oportet autem, ut ſemper ſubſtantivum interponatur : poteſt etiam poni, *icy*, v. g. *ce gentilhomme-cy*, vel *icy*, hic nobilis : *cet homme-là*, ille homo : *cette femme-là*, illa fæmina.

Obiter obſervandum eſt nos non uti ſemper hac loquendi formula ; tenendo enim aliquid præ manibus, quod propius eſſe non poteſt, poſſumus dicere, *ce papier-là que je tiens*, hæc charta quam teneo, &c. Ita ut, *là*, ponatur loco, *cy*, ſed non è converſo.

Pluralis eandem ſequitur regulam ut, *ces hommes-cy*, hi homines : *ces femmes-là*, illæ fæminæ : niſi conſtruantur cum, *mes Dames*, meæ dominæ : non enim dicitur,

citur, *ces mes Dames-là*, ſed *ces Dames-là*, vel, *mes Dames que voilà*, illæ Dominæ.

Sequitur hîc & alia particularitas: dicitur in plurali numero, *ces Meſſieurs-là*, & *Meſſieurs que voilà*, illi Domini: & tamen in ſingulari dicendum eſt, *Monſieur que voilà*, ille Dominus: *Madame que voilà*, iſta Domina: & non, *ce Monſieur-là*, *cette Madame-là*: niſi aliquando vel iraſcendo, vel irridendo: ut, *ce beau Monſieur-là*, *cette groſſe Madame-là*.

Sequentes phraſes obſervandæ ſunt, *ces jours paſſez*, id eſt, *les derniers jours paſſez*, his ultimis diebus: *je l'ay veu ces jours-cy*, id eſt, *ces derniers*, vidi illum his ultimis diebus: *je vous iray voir un de ces jours*, id eſt, *des prochains à venir*, inviſam te brevi.

Ce, *cecy*, & *cela*, hoc, neutra ſunt, & declinantur cum articulo indefinito: plurali carent.

Hæc pronomina eandem ſignificationem, ſed longè diſſimilem ſortiuntur diſpoſitionem: nam, *ce*, ſemper ante relativa, *que*, *qui*, & *dont*, collocatur, ut, *ce que je vous dis*, id quod tibi dico: *ce qui eſt convenable*, id quod eſt conveniens: *ce dont je vous ay parlé*, id de quo tibi ſermonem feci: alia vero non: niſi ſubſtantiam aliquam per demonſtrationem, mediante

comate, exprimendo, dicitur enim communiter, *c'eſt bien cela, que je vous avois mandé*, illud quidem eſt, quod tibi ſcripſeram : *c'eſt bien cecy, que vous deſirez*, hoc quidem eſt, quod tu cupis : ſed in his orationibus, *cecy* & *cela* ſpecificatam aliquam ſubſtantiam ſignificant. Differunt præterea, quod, *ce*, ſit conjunctivum, & alia duo abſoluta.

Demonſtrativum, *ce*, ante verbum, *eſtre*, cum omnibus phraſibus, generibus, nec non numeris conſtruitur, cum directè ad verbum refertur, *c'eſt une belle choſe*, eſt gratum : *c'eſt la verité*, eſt verum : *c'eſt bien fait*, eſt bene factum : *c'eſt bien dit*, eſt bene dictum : *ce ſont de belles gens*, ſunt egregii nequam : *ce doit eſtre*, debet eſſe : *ce doivent eſtre*, debent eſſe, &c. Item & in interrogativis : *où eſt-ce?* ubinam eſt? *eſt-ce elle?* an illa eſt? *eſt-ce luy?* an ille eſt? *eſt-ce moy?* an ego ſum? *quel homme eſt-ce?* qualis eſt homo? *quelles gens ſont ce?* quales ſunt homines? *c'eſt nous*, nos ſumus : & non, *ce ſommes nous.*

Ce, propriè actionem hominis denotat, ut, *c'eſt bien fait*, eſt bene factum : *c'eſt bien dit*, eſt bene dictum : particula vero, *il*, eſſentiam, vel rei qualitatem explicat, v. g. *il eſt bien fait*, illud eſt benè factum.

Ali-

Aliquando vim peculiarem longè prolixiorem ſortitur, ut, *ce que je viens icy, n'eſt que pour dire*, id eſt, *la raiſon, pourquoy je viens, &c.* ratio cur huc venio, eſt ſolùm ad tibi dicendum.

Præterea participiis terminatis in, *ant*, præponitur, ut, *ce faiſant, vous m'obligerez*, hoc faciens, me obligabis: ſic ante quædam verba, quaſi per parentheſin poſita, ut, *ce diſoit-il*, ajebat ille: *ce diſoy-je*, ajebam ego.

Cecy, & *cela*, reciprocis, *me, te, ſe*, præponuntur, ut, *cela ſe void*, hoc videtur: *cecy m'oblige*, hoc me obligat.

Pronomina demonſtrativa, *celuy*, & *celle* cum indefinito articulo declinantur, & communiter relativis, *que, qui, dont*, & articulis præponuntur, v.g. *celuy, que vous ſçavez*, ille quem noviſti: *celle, que vous aymez*, illa quam tu diligis: *ceux, qui vous hantent*, illi qui te frequentant: *celles, dont je vous ay fait mention*, illæ de quibus tibi mentionem feci, &c.

Celuy, ille, & *celle*, in quibuſdam phraſibus pro nominibus, ad evitandam repetitionem uſurpantur, ut, *le valet de noſtre logis, & celuy de voſtre pere*, noſter famulus, & ille patris tui: etiam aliquando ſignificant, *nul*, vel, *perſonne*, v.g. *il n'y a celuy, qui n'aye envie*, nullus eſt, qui non

cupit : *il n'y a celle qui n'y penſe*, nulla eſt quæ id non cogitet.

Reliqua pronomina demonſtrativa facilè ex dictis agnoſcentur : ſolum obſervandum eſt illa non ſubſtantivis, neque relativis, ſed pronominibus perſonalibus ſolùm, & verbis præponi : non enim dicitur, *celuy-cy qui m'a dit*, ſed, *celuy-cy m'a dit*, hic mihi dixit : *celle-cy nous dira*, hæc nobis dicet : *cettuy-là s'imagine*, ille ſibi perſuadet : & ſic de aliis. Collocantur etiam in fine periodornm, ut, *je ſuis informé de cettuy-cy, de celuy-là, de celle-cy, de celle-là, &c.* ſum ab hoc homine ex illa re informatus

De pronominibus poſſeßivis.

Mon, ton, ſon : ma, ta, ſa : noſtre, voſtre, & *leur*, ſunt poſſeſſiva conjunctiva, quæ, mediante articulo indefinito, declinantur.

Singulariter.

Nom. & Accuſ. *mon*, meus, *ton*, tuus, *ſon*, ſuus.

Genit. & Ablat. *de mon*, mei, *de ton*, tui, *de ſon*, ſui.

Dat. *à mon*, meo, *à ton*, tuo, *à ſon*, ſuo.

Nom. & Accuſ. *ma*, mea, *ta* tua, *ſa*, ſua.

Ge-

Genit. & Ablat. *de ma*, meæ, *de ta*, tuæ, *de ſa*, ſuæ.

Dat. *à ma*, meæ, *à ta*, tuæ, *à ſa*. ſuæ.

Pluraliter.

Nom. & Accuſ. *mes*, mei *vel* meæ, *tes*, tui *vel* tuæ, *ſes*, ſui *vel* ſuæ.

Genit. & Ablat. *de mes*, meorum *vel* mearum, *de tes*, tuorum *vel* tuarum, *de ſes*, ſuorum *vel* ſuarum.

Dat. *à mes* meis, *à tes*, tuis, *à ſes*, ſuis.

Noſtre, noſter, *voſtre*, veſter, *leur*, illorum, ſunt communis generis.

Singulariter.

Nom. & Accuſ. *noſtre*, noſter *vel* noſtra, *voſtre*, veſter *vel* veſtra, *leur*, illorum *vel* illarum.

Genit. & Ablat. *de noſtre*, noſtri *vel* noſtræ, *de voſtre*, veſtri *vel* veſtræ, *de leur*, &c.

Dat. *à noſtre*, noſtro *vel* noſtræ, *à voſtre*, veſtro *vel* veſtræ, *à leur*, &c.

Pluraliter.

Nom. & Accuſ. *nos*, noſtri *vel* noſtræ, *vos*, veſtri *vel* veſtræ, *leurs*, &c.

Genit. & Ablat. *de nos*, noſtrorum *vel* noſtrarum, *de vos*, veſtrorum *vel* veſtrarum, *de leurs*, &c.

Dat. *à nos*, noſtris, *à vos*, veſtris, *à leurs*, &c.

Hæc pronomina immediatè nominibus præponuntur, ut, *mon pere*, meus pater: *ton frere*, tuus frater: *ſon fils*, ſuus filius: *ma ſœur*, mea ſoror: *nos amis*, noſtri amici: *vos parens*, veſtri conſanguinei: *leurs ennemis*, illorum inimici. Et quando nomina fœminina incipiunt à vocali, vel, *h*, muto ponuntur maſculina, *mon, ton, ſon*, pro fœmininis, *ma*, *ta*, *ſa*, ut jam diximus.

Pronomina poſſeſſiva, quæ ſequuntur, ſunt abſoluta, & declinantur cum articulo definito.

Singulariter.

Nom. & Accuſ.	*le mien*,	meus.
Genit. & Ablat.	*du mien*,	mei.
Dat.	*au mien*,	meo.
Nom. & Accuſ.	*la mienne*,	mea.
Genit. & Ablat.	*de la mienne*,	meæ.
Dat.	*à la mienne*,	meæ.

Pluraliter.

Nom. & Accuſ.	*les miens*,	mei.
Genit. & Ablat.	*des miens*,	meorum.
Dat.	*aux miens*,	meis.
Nom. & Accuſ.	*les miennes*,	meæ.
Genit. & Ablat.	*des miennes*,	mearum.
Dat.	*aux miennes*,	meis.

Tien,

Futurum conjunctivi, *Reddidero.*

Singulariter.

J'auray rendu, tu auras rendu, il aura rendu.

Pluraliter.

Nous aurons rendu, vous aurez rendu, ils auront rendu.

Infinitivi præſens & imperf.

Rendre, reddere.

Perfectum & pluſquamperf.

Avoir rendu, reddidiſſe.

Particip. præſens & imperf.

Rendant, reddens.

Per-

Perfectum & pluſquamperf.

Ayant rendu, cum reddidiſſet.

Participium paſſivum.

Rendu, redditus.

Gerundia.

De rendre, reddendi: *en rendant*, reddendo: *pour rendre*, reddendum.

De verbo paſſivo.

Verbum paſſivum ſimplex non habemus, ſed compoſitum ex participio præterito, & verbo ſubſtantivo *ſum*, v. g. *je ſuis aimé*, amor.

Indicativi præſens, *amor*.

Singulariter.

Je ſuis aimé, vel, *aimée*, amor, ſeu, ſum amatus vel amata: *tu es aimé*, vel *aimée*, amaris, ſeu, tu es amatus vel amata: *il eſt aimé*, vel, *elle eſt aimée*, amatur, ſeu, ille eſt amatus, vel, illa eſt amata.

Pluraliter.

Nous ſommes aimés, vel, *aimées*, amamur, ſeu, nos ſumus amati vel amatæ: *vous*

vous eſtes aimés, vel, *aimées*, amamini, ſeu, vos eſtis amati, vel, amatæ: *ils ſont aimés*, vel, *elles ſont aimées*, amantur, ſeu, illi ſunt amati, vel, illæ ſunt amatæ.

Et ſic generaliter de omnibus temporibus & modis ſecundum conjugationem ſupra dicti verbi ſubſtantivi.

De verbis reciprocis.

In formandis verbis reciprocis ſeu reflexivis magna non reperitur difficultas: activis enim proponenda ſunt pronomina *me*, *te*, *ſe*, *nous*, & *vous*, v. g. *s'aimer*, ſe amare.

Indicativi præſens, *Ego me amo.*

Singulariter.

Je m'aime, ego me amo: *tu t'aimes*, tu te amas: *il s'aime*, ille ſe amat.

Pluraliter.

Nous nous aimons, nos nos amamus: *vous vous aimez*, vos vos amatis: *ils s'aiment*, illi ſe amant.

Et ſic de cæteris, ut in verbo ſimplici *aimer*, amare: tantum notandum eſt, quod in temporibus compoſitis ſit uſurpandum verbum ſubſtantivum, *eſtre*, eſſe.

Per-

Perfectvm compoſitum,
Ego me amavi.

Singulariter.

Ie me ſuis aimé, ego me amavi: *tu t'es aimé*, tu te amaviſti: *il s'eſt aimé*, ille ſe amavit.

Pluraliter.

Nous nous ſommes aimés, nos nos amavimus: *vous vous eſtes aimés*, vos vos amaviſtis: *ils ſe ſont aimés*, illi ſe amaverunt, &c.

De verbis neutris.

Verba neutra non differunt ab activis in conjugatione, niſi quod hæc pro auxiliari verbum *avoir*, habere: illa vero verbum ſubſtantivum *eſtre*, eſſe: accipiant, v. g. *aimer*, amare: habet in præterito compoſito, *j'ay aimé*, amavi: & *tomber*, cadere, è contrario habet, *je ſuis tombé*, cecidi.

De imperſonalibus.

Imperſonalia fiunt à tertia perſona ſingulari verborum, quæ ſunt vocis activæ mediante particula, *il*, ut, *il ennuye*: ubi notandum eſt, quod vera imperſonalia, ut, *il faut*, oportet: *il pleut*, pluit: *il greſle*, grandinat: *il neige*, ningit:

il

il tonne, tonitruat: &c. ab aliis verbis originem non trahant, & quod particulam, *on*, quæ imperſonalibus paſſivæ vocis inſervit, minimè recipiant.

Sequitur exemplum imperſonalis vocis activæ.

Indicativi præſens, *Oportet*.
Il faut.

Imperfectum, *Oportebat*.
Il falloit.

Perfectum ſimplex, *Oportuit*.
Il fallut.

Perfectum compoſitum, *Oporuit*.
Il a falu.

Pluſquamperfectum, *Oportuerat*.
Il avoit falu.

Futurum, *Oportebit*.
Il faudra.

Imperſonalia vocis paſſivi particulam, *on*, accipiunt.

Indicativi præſens, *Amatur*.
On aime.

Im-

Imperfectum, *Amabatur.*
On aimoit.

Perfectum ſimplex, *Amatum fuit.*
On aima.

Perfectum compoſitum,
Amatum fuit.
On a aimé.

Pluſquamperf. *Amatum fuerat.*
On avoit aimé.

Futurum, *Amabitur.*
On aimera.

Alii modi ſecundum activorum conjugationem uſurpantur tertias perſonas ſingulares cujuſque temporis ſumendo.

De verbis irregularibus primæ Conjugationis.

Prima conjugatio ſecundum communem Grammaticorum ſententiam unicum irregulare habet, nempe, *aller*, ire: nihilominus ſunt quædam verba, quæ aliquam patiuntur irregularitatem, ſic *pol-*

luer,

luer, polluere: quod habet in participio paſſivo *pollu*, pollutus: & non *pollué*: *tiſſer*, texere, quod habet, *tiſſu*, textus: in participio, & quod caret præterito ſimplici. Cæterùm, omnia, quæ in anomalis quatuor conjugationum non obſervabuntur, formationem regularium generaliter ſequentur.

De verbo *Aller*.

Indicativi præſens, *Eo*.

Singulariter.

Je vay, tu vas, il va.

Pluraliter.

Nous allons, vous allez, ils vont.

Je vas, & *vois*, pro prima à rectè loquentibus non uſurpantur.

Imperfectum, *Ibam*.

Singulariter.

J'allois, tu allois, il alloit.

Singulariter.

Nous allions, vous alliez, ils alloient.

Imperfectum ſimplex, *Ivi*.

Pluraliter.

J'allay, tu allas, il alla.

Plura-

Pluraliter.

Nous allaſmes, vous allaſtes, ils alle-ent.

Perfectum compoſitum, *Ivi.*

Je ſuis allé, tu es allé, &c.

Futurum, *Ibo.*

J'iray, tu iras, il ira, &c.

Imperativus, *Ito.*

Singulariter.

——— *va, qu'il aille.*

Pluraliter.

Allons, allez, qu'ils aillent.

Optativi præſens, *Eam.*

Singulariter.

J'aille, tu ailles, il aille.

Pluraliter.

Nous allions, vous ailliez, ils aillent.

Imperfectum primum, *Irem.*

Singulariter.

J'allaſſe, tu allaſſes, il allaſt.

Pluraliter.

Nous allaſſions, vous allaſſiez, ils allaſſent.

Imper-

Imperfectum ſecundum, *Irem.*

Singulariter.

J'irois, tu irois, il iroit.

Pluraliter.

Nous irions, vous iriez, ils iroient.

Cætera tempora compoſita conjugantur, ut in verbo *ſum*, ut antea dimus.

Præſens hujuſce verbi in quibuſdam phraſibus habet vim futuri, v. g. *Monſieur s'en va demain*, id eſt, *s'en ira*, Dominus diſcedet cras: *nous nous en allons bien-toſt d'icy*, id eſt, *nous partirons bien-toſt*, brevi hinc abibimus: ſequentes etiam phraſes notandæ ſunt: *il y va de ma vie*, id eſt, *il importe*, vita mea periclitatur: *comme vous y allez*, id eſt, *de quelle façon vous procedez*, quo modo agis: *cela va bien loing*, id eſt, *cela regarde beaucoup de choſes*, vel, *il importe beaucoup*, multum intereſt: *il s'en va midy*, id eſt, *il eſt proche de midy*, imminet meridies.

Ex ipſo verbo fit reciprocum mediantibus particulis *ſe* & *en*, *s'en aller*, abire: *je m'en vay*, abeo: *tu t'en vas*, abis, &c. *r'aller*, id eſt, *retourner*, reverti: non eſt in uſu.

Hic

Hic notandum eſt quod externi dicunt communiter, ſed malè, *voulez vous aller avec moy*, vis venire mecum: cum debe-rent dicere, *voulez vous venir*, &c. vim verbi non perpendentes quod intelligitur de loco, in quo ſumus, ad locum à nobis diſtantem, & quod aliquem ducentes ad nos, vel poſt nos trahamus: licet quidem dicere, *voulez vous que nous allions enſemble*, vis eamus ſimul? vel loquendo de aliquo tertio, ut, *voulez vous aller avec Monſieur*, vis ire cum Domino? nam tunc temporis ipſe, cui loquimur, abit, & à nobis diſce-dit: oportet igitur (intelligendo de nobis ipſis) uti verbo, *venir*, v. g. *il faut qu'il vienne avec moy*, oportet ut veniat me-cum: *il viendra avec nous*, veniet nobiſ-cum: & nunquam, *il faut qu'il aille*, o-portet ut eat: vel, *il ira avec nous*, ibit nobiſcum, &c.

De irregularibus, ſeu anomalis ſecundæ Conjugationis.

Boüillir, ebullire.

Indicat. præſ. *Je bouls*, ebullio: *tu bouls il boult.*

Nous boüillons, &c.

Courir.

Courir, currere.

Indicat. præſ. *Ie cours*, curro: *tu cours, il court*, &c.
Nous courrons, &c.

Præteritum ſimplex, *Ie courus*, cucurri, &c.

Præteritum compoſitum, *I'ay couru*, cucurri, &c.

Futurum, *Ie courray*, curram, &c.

Couvrir, tegere.

Indic. præſ. *Ie couvre*, tego: *tu couvres, il couvre*.
Nous couvrons, &c.

Perfectum compoſitum, *I'ay couvert*, texi, &c.

Cueillir, colligere.

Indicat. præſ. *Ie cueille*, colligo: *tu cueilles, il cueille*.
Nous cueillons, &c.

Dormir, dormire.

Indic. præſ. *Ie dors*, dormio: *tu dors, il dort*.
Nous dormons, &c.

Faillir, errare.

Indic. præſ. *Ie fauls*, erro: *tu fauls, il fault*.
Nous faillons, &c.

Ferir.

Ferir, percutere.

Solus infinitivus eſt in uſu, dicitur enim, *ſans coup ferir*, id eſt, *ſans fraper aucun coup*, nullo dato ictu.

Haïr, odiſſe.

Indicat. præſ. *Je hay*, & non, *hais*, odi: *tu haïs*, *il haït*.
Nous haïſſons, &c.

Iſſir, oriri.

Hoc verbum habet tantum, *iſſu*, id eſt, ortus, quod ſit in uſu.

Mentir, mentiri.

Indicat. præſ. *Je ments*, mentior: *tu ments*, *il ment*,
Nous mentons, &c.

Mourir, mori.

Indicat. præſ. *Je meurs*, morior: *tu meurs*, *il meurt*.
nous mourons, &c.
Præteritum ſimplex, *Je mourus*, mortuus ſum, &c.
Præteritum compoſitum, *Je ſuis mort*, mortuus ſum, &c.

Futurum, *Je mourray*, moriar, &c.

Occir, occidere, habet tantum *occis*, occiſus, in uſu.

Offrir, offerre, conjugatur, ut *couvrir*, tegere: vide ſupra.

Ouir, audire.

Indicat. præſ. *J'ois*, audio: *tu ois*, *il oit*.
Nous oyons, *vous oyez*, *ils oyent*.
Futurum, *J'oiray*, audiam, &c.

Ouvrir, aperire, ut *couvrir*, tegere: &c.

Partir, diſcedere.

Indicat. præſ. *Je pars*, diſcedo: *tu pars*, *il part*.
Nous partons, &c.

Puir, fœtere.

Præſ. Indicat. eſt in uſu: *Je pus*, fœteo: *tu pus*, *il put*.
Nous puons, *vous puez*, *ils puent*.
Item imperfectum, *Je puois*, fœtebam, &c.
Futurum, *Je pueray*, fœtebo, &c.
Imperativus, *Puë*, fœte.

Et ſecundum imperfectum optativi, *Je puerais*, fœterem, &c.

Reliqua tempora, ſimul & infinitivus non ſunt in uſu.

Querir

Querir, adducere: non eſt multum in uſu, niſi in infinitivo.

Acquerir, acquirere, habet, *j'acquiers*, acquiro: *tu acquiers*, *il acquiert*. *Nous acquerons*, *vous acquerez*, *ils acquierent*

Præteritum ſimplex, *J'acquis*, acquiſivi, &c.

Præteritum compoſitum, *J'ay acquis*, acquiſivi, &c.

Futurum, *J'acquerray*, acquiram: &c.

Se repentir, pœnitere.

Indicat. præſ. *Je me repents*, pœnitet me: *tu te repents*, *il ſe repent*. *Nous nous repentons*, &c.

Saillir, exire: caret ſingulari in præſenti indicativi: in plurali habet, *nous ſaillons*, eximus: *vous ſaillez*, *ils ſaillent*.

Compoſita verò habent ſingulare, v, g. *aſſaillir*, aggredi: & *treſſaillir*, perterreri. Indicat. præſ. *Je treſſauls*, perterreor, &c.

Sentir, ſentire.

Indic. præſ. *Je ſents*, ſentio: *tu ſents*, *il ſent*. *Nous ſentons*, &c.

Servir, ſervire.

Indicat. præſ. *Je ſers*, ſervio: *tu ſers*, *il ſert*. *Nous ſervons*, &c.

Aſſervir, addicere ſervituti, ſequitur formationem regularium.

Sortir, exire.

Indicat. præſ. *Je ſors*, exeo: *tu ſors*, *il ſort*. *Nous ſortons*, &c.
Perfect. compoſit. *J'ay*, &, *je ſuis ſorty*, exivi, &c.

Souffrir, ſufferre: ut, *offrir*, offerre: vide ſupra.

Tenir, tenere.

Indicat. præſ. *Je tiens*, teneo: *tu tiens*, *il tient*.
Nous tenons, *vous tenez*, *ils tionnent*.
Perfect. ſimplex, *Je tins*, tenui: *tu tins*, *il tint*.
Nous tinſmes, *vous tinſtes*, *ils tindrent*; & non, *tinrent*, niſi pronunciando.
Perfect. compoſit. *J'ay tenu*, tenui, &c. & non, *J'ay tins*.
Futurum, *Je tiendray*, tenebo, &c.

Venir, venire: ut, *tenir*, tenere.

Ut autem externi verum illius uſum ſequantur, ipſis notandum eſt, quod nihil aliud ſignificet quam venire ex loco diſtante ad locum, in quo ſumus, v. g. *il m'eſt venu voir*, venit me viſum: *il me viendra voir apres midy*, veniet me viſum poſt meridiem. Alia

Alia phraſis, quæ videtur contradicere, in epiſtolis aliquando ponitur, quæ ſic ſe habet, *je vous viens prier par mes lettres*, venio te rogatum litteris meis: ubi perpendendum eſt epiſtolam, in tali occaſione, nos ipſos repreſentare.

Facilè videbitur differentia quæ occurrit inter, *je viens faire*, venio facturus: & *je viens de faire*, ſtatim feci.

Veſtir, veſtire.

Indicat. præſ. *Ie veſts*, veſtio: *tu veſts*, *il veſt*.
Nous veſtons, &c.
Perfect. compoſit. *I'ay veſtu*, veſtivi, &c.

De irregularibus, ſeu anomalis tertiæ Conjugationis.

Cheoir, cadere, non eſt multum in uſu: poteſt tamen dici in præſenti indicativi, *je ché*, cado: *tu chets*, *il chet*, *nous cheons*, *vous cheez*, *ils cheent*.
Perfectum ſimplex, *Ie cheus*, cecidi, &c.
Perfectum compoſitum, *Ie ſuis cheu*, cecidi, &c.
Futurum, *Ie cherray*, cadam, &c.
Fæmininum participii, *cheute*.

Eſcheoir, accidere: habet in participio fœminino, *eſcheuë*.

Mouvoir, movere.

Indicativi præſens.

Singulariter.

Ie meus, moveo: *tu meus, il meut.*

Pluraliter.

Nous mouvons, vous mouvez, ils meuvent.

Perfect. compoſit. *I'ay meu*, movi, &c.
Futurum, *Ie mouvray*, movebo, &c.

Pouvoir, poſſe.

Indicativi præſens.

Singulariter.

Ie puis, &, *je peux*, poſſum, *tu peux*, *il peut.*

Pluraliter.

Nous pouvons, vous pouvez, ils peuvent.
Perfectum ſimplex, *Ie peus*, potui, &c.
Perfect. compoſit. *I'ay peu*, potui, &c.
Futurum, *Ie pourray*, potero, &c.

Sça-

Sçavoir, ſcire.

Indicat. præſ. *Ie ſçay*, ſcio: *tu ſçais, il ſçait.*

Nous ſçavons, &c.

Perfectum ſimplex, *Ie ſçeus*, ſcivi, &c.
Perfect: compoſitum, *I'ay ſçeu*, ſcivi, &c.
Futurum, *Ie ſçauray*, ſciam, &c.
Imperativus, *Ie ſçache*, ſciam: *tu ſçaches, il ſçache.*
Plural. *Nous ſçachons, vous ſçachez, ils ſçachent.*

Notandum eſt nos imperfectum optativi hujuſce verbi pro præſenti indicativi verbi *pouvoir*, poſſe, uſurpare, v. g. *Ie ne ſçaurois parler*, pro, *je ne puis parler*, non poſſum loqui: *je ne ſçaurois boire*, pro, *je ne puis boire*, non poſſum bibere: &c.

Ponitur etiam aliquando futurum optativi verbi, *ſçavoir*, pro præſenti indicativi, v. g. *Ie ne ſçache perſonne, qui deſire*, neminem novi, qui cupiat: *je ne ſçache perſonne, qui pretende*, nullum hominem ſcio, qui ſibi tribuat, &c.

Seoir, ſedere, eſt verbum reciprocum, ſimul & neutrum.

Indicativi præſens, *Sedeo*:

Singulariter.

Ie me ſieds, tu te ſieds, il ſe ſied.

Pluraliter.

Nous nous ſeons, vous vous ſeez, ils ſe ſeent.
Imperfectum, *je me ſeois*, ſedebam, &c.

Præterita non ſunt in uſu; ſed illorum loco ſumenda ſunt præterita verbi, *aſſeoir*, aſſidere.

Perfectum ſimplex, *Ie m'aſſis*, aſſedi, &c.
Perfect. compoſit. *Ie me ſuis aſſis*, aſſedi, &c.
Futurum, *Ie me ſeeray*, aſſidebo, &c.
Imperativus, *ſée toy*, ſede, &c.

Souloir, ſolere: non eſt in uſu, niſi in imperfecto,
Imperfectum, *Ie ſoulois*, ſolebam, &c.

Valoir, valere.

Indicat. præſ. *Ie vaux*, valeo: *tu vaux*, *il vaut*.
Nous valons, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie valus*, valui, &c.
Futurum, *Ie vaudray*, valebo, &c.
Imperativus, *Vaille*, valeto.

Voir, videre.

Indic. præſ. *Ie vois*, video: *tu vois*, *il voit*.
Nous voyons, &c.
Perfect. ſimplex, *Je vis*, vidi, &c.

Pourvoir, providere: &, *deſpourvoir*, ſpoliare, habent in perfecto ſimplici, *je pourveus*, procuravi: &, *je deſpourveus*, ſpo-

ſpoliavi : in futuro, *pourvoiray*, providebo: &, *deſpourvoiray*, ſpoliabo : Item *prevoir*, prævidere, habet in futuro, *prevoiray*, prævidebo : ſed cætera ſequuntur regulam verbi ſimplicis, *voir*, videre.

Vouloir, velle.

Indicat. præſ. *Ie veux*, volo : *tu veux*, *il veut*.
Nous voulons, *vous voulez*, *ils veulent*.
Perfectum ſimplex, *Ie voulus*, volui, &c.
Futurum, *Ie voudray*, volam, &c.
Optativi præſens, *Je veuille*, velim, &c.

De irregularibus quartæ Conjugationis.

Ardre, ardere, habet tantum, *ardant*, ardens : in uſu.

Boire, bibere.

Indicat. præſens, *Ie bois*, bibo: *tu bois*, *il boit*.
Nous beuvons, *vous beuvez*, *ils boivent*.
Perfectum ſimplex, *Ie beus*, bibi, &c.
Perfectum compoſ. *I'ay beu*, bibi, &c.

Clorre, claudere.

Indicat. præſens, *Ie clos*, claudo : *tu clos*, *il cloſt*.

Plurale non eſt in uſu, neque imperfectum, & perfectum ſimplex.
Perfectum compoſit. *I'ay clos*, clauſi, &c.
Participium paſſivum, *Clos*, clauſus, *cloſe*, clauſa.

Conclurre, concludere.

Indicat. præſ. *Ie concluds*, concludo: *tu concluds*, *il conclud.*
Nous concluons, &c.
Perfect. ſimplex, *Ie conclus*, concluſi, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay conclu*, concluſi, &c.

Confire, condire.

Indicat. præſ. *Ie confis*, condio: *tu confis*, *il confit.*
Nous confiſons, &c.
Præteritum compoſit. *I'ay confit*, condivi, &c.

Coudre, ſuere.

Indicat. præſ. *Ie couds*, ſuo: *tu couds*, *il coud.*
Nous couſons, &c.
Præteritum ſimplex, *Ie couſis*, ſui, &c.
Præteritum compoſit. *I'ay couſu*, ſui, &c.

Croire, credere.

Indicat. præſ. *Ie croy*, credo: *tu crois*, *il croit*
Nous

Nous croyons, vous croyez, ils croyent.
Perfectum ſimplex, *Ie creus*, credidi.
Perfectum compoſitum, *I'ay creu*, credidi, &c.

Dire, dicere.

Indicat. præſens, *Ie dis*, dico: *tu dis, il dit.*
Nous diſons, vous dites, ils diſent.
Perfectum ſimplex, *Ie dis*, dixi, &c.
Perfectum compoſit. *I'ay dit*, dixi, &c.

Maudire, maledicere: habet in plurali præſentis, *maudiſſons, maudiſſez, maudiſſent.*

Contredire, contradicere: *meſdire*, obtrectare: & *predire*, prædicere: habent in ſecunda pluralis indicativi, *contrediſez*, *meſdiſez*, & *prediſez.*

Exclurre, excludere: ut, *conclurre*, concludere: licet non multum ſit in uſu niſi in participio paſſivo, & infinitivo.

Eſpardre, ſpargere: habet tantum, *eſpars*, ſparſus: in uſu.

Eſcrire, ſcribere.

Indicat. præſens, *I'eſcris*, ſcribo: *tu eſcris, il eſcrit.*
Nous eſcrivons, &c.
Perfectum compoſit. *I'ay eſcrit*, ſcripſi, &c.

Frire, frigere: habet tantum ſingulare præſentis indicativi in uſu: *fricaſſer* in cæteris temporibus uſurpatur.

Faire, facere.

Indicat. præſ. *Ie fais*, facio: *tu fais, il fait.*
Nous faiſons, vous faites, ils font.
Perfectum ſimplex, *Ie fis*, feci, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay fait*, feci, &c.
Futurum, *Ie feray*, faciam, &c.
Imperativus, *faſſe*, fac, &c.

Lire, legere.

Indicat. præſ. *Ie ly*, lego: *tu lis, il lit.*
Nous liſons, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie leus*, legi, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay leu*, legi, &c.

Moudre, molere.

Indic. præſ. *Ie moulds*, molo: *tu moulds, il mould.*
Nous moulons, vous moulez, ils meulent.
Perfectum ſimplex, *Ie moulus*, molui, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay moulu*, molui, &c.

Mettre, ponere.

Indicat. præſ. *Ie mets*, pono: *tu mets, il met.*
Nous mettons, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie mis*, poſui, &c.
Perfect. compoſit. *I'ay mis*, poſui, &c.

Naiſtre.

Naiſtre, naſci.

Indicat. præſ. *Ie nais*, naſcor: *tu nais, il naiſt*, *Nous naiſſons*, &c.
Perfectum ſimp. *Ie nacquis*, natus ſum, *&c.*
Perfectum compoſit. *Ie ſuis né*, vel *nay*, natus ſum, &c.

Plaire, placere.

Indicat. præſens, *Ie plais*, placeo: *tu plais*, *il plaiſt.*
Nous plaiſons, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie plus*, placui, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay pleu*, placui.

Plaindre, deplorare.

Indicat. præſens, *Ie plain*, deploro: *tu plains*, *il plaint.*
Pluraliter, *Nous plaignons*, &c.
Perf. compoſ. *I'ay plaint*, deploravi: ex quo fit reflexivum: *ſe plaindre*, conqueri: quod eodem modo conjugandum eſt.

Pondre, ova parere.

Indicat. præſ. *Ie ponds*, ova pario: *tu ponds*, *il pond.*
Nous ponnons, vel, *pondons*, &c.
Perfectum ſimp. *Ie ponnus*, ova peperi, &c.
Perfectum compoſ. *I'ay pondu*, *&* *ponnu*, ova peperi.

Prendre, capere.

Indicat. præſ. *Ie prends*, capio: *tu prends, il prend,*
Nous prenons, vous prenez, ils prennent.
Perfect. ſimp. *Ie pris*, cepi: *tu pris, il prit.*
Nous priſmes, vous priſtes, ils prirent.

Reſcourre, liberare.

Indicat. præſens, *Ie reſcoux*, libero: *tu reſcous, il reſcout,*
Nous reſcoüons, vous reſcoüez, ils reſcoüent.
Imperfectum, *Ie reſcoüois*, liberabam, &c.
Perfect. ſimplex, *Ie reſcoüis*, liberavi, &c.
Perfect. compoſitum, *I'ay reſcoux*, liberavi.
Futurum, *Ie reſcouray*, liberabo, &c.

Rire, ridere.

Indicat. præſ. *Ie ry*, rideo: *tu ris, il rit.*
Nous rions, vous riez, ils rient.
Perfectum ſimplex, *Ie ris*, riſi: *tu ris, il rit.*
Nous riſmes, vous riſtes, ils rirent.
Perfectum compoſitum, *I'ay ry*, &c.

Semonce, admonitio, à verbo, *ſemondre*, admonere, eſt in uſu, ſed cætera apud peritos minimè: Ipſius loco utimur verbis, *inviter*, &, *convier*, invitare.

Tantum infinitivus, *ſoudre*, ſolvere, eſt in

in uſu, dicimus enim, *ſoudre une difficulté*. ſolvere difficultatem.

Suivre, ſequi.

Indicat. præſ. *Ie ſuy*, ſequor: *tu ſuis, il ſuit. Nous ſuivons*, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie ſuivis*, ſequutus ſum, &c.
Perfectum compoſitum, *I'ay ſuivy*, ſequutus ſum, &c.

Taire, tacere.

Indicat. præſ. *Ie tais*, taceo: *tu tais, il taiſt. Nous taiſons*, &c.
Perfectum ſimplex, *Ie teus*, tacui, &c.
Perfect. compoſitum, *I'ay teu*, tacui, &c.

Attrayant, alliciens: à verbo *attraire*, allicere: recipitur, reliqua non ſunt multum in uſu.

Tordre, torquere: ut, *mordre*, mordere.

Preſens, & imperfectum verbi *vaincre*, vincere: non ſunt multum in uſu.
Perfectum ſimplex, *Ie vainquis*, vici, &c.
Perfect. compoſitum, *I'ay vaincu*, vici, &c.

Vivre, vivere.

Indic. præſ. *Ie vy*, vel, *vis*, vivo: *tu vis, il vit: Nous vivons*, &c.
Perfect. ſimp, *Ie veſquis*, & *veſcus*, vixi, &c.
Perfect. compoſitum, *I'ay veſcu*, vixi, &c.

Spero

Spero quod omnes facilè cætera horumce verborum irregularium tempora, & modos reperient, ſi ſemel eandem formationem in verbis regularibus uſurpatam ſequantur.

De Usu Temporum.

Præſens, & futurum nullam patiuntur difficultatem. Obiter tamen notandum eſt in quibuſdam loquendi modis, præſens pro futuro uſurpari, v. g. *quel jour eſt il demain*, qualis erit dies craſtinus: *il eſt demain dimanche*, erit cras dies dominicus.

De imperfecto.

Imperfectum denotat quidem rem præteritam, ſed habita ratione fluxus, & extenſionis temporis, quo durante illa actio fiebat: in quo differt à perfecto, quod rem ſemel finitam, & perfectam ſignificat.

1. Obſervandum particulam, ſi, regere indicativum, præcipuè ſi tempus, quod illam ſequitur, ſit in præſenti vel imperfecto; nam ſi ſit in pluſquamperfecto, poteſt pluſquamperfectum optativi uſurpari, ut, *ſi j'ay*: *ſi j'avois*: *ſi j'avois eu*, *ou*, *ſi j'euſſe eu.*

Obſervandum 2. præteritum ſimplex tantum uſurpari quando tempus, quod in ora-

oratione affertur, eſt prorſus præteritum, ut, *je vis hier voſtre frere*, vidi heri fratrem tuum: nam ſi nullum tempus afferatur, vel tempus, quod non eſt prorſus præteritum, utimur compoſitò, ut, *j'ay parlé aujourd'huy à voſtre ſœur*, locutus ſum hodie ſorori tuæ: *j'ay demeuré cette ſemaine au logis*, manſi hâc ſeptimana domi.

Obſervandum denique meum imperfectum 1. uſurpari, quando ab aliqua conjunctione regitur: ſecundum vero quando abſolutè ponitur, ut, *je voudrois que vous vouluſſiez ce que je veux*, optarem ut velles id quod volo: addo meum, quia in eo non convenio cum cæteris Grammaticis & ratio facilè poteſt videri ex formatione eorundem temporum.

De perfecto ſimplici, & compoſito.

Utimur præterito ſimplici, quando, loquendo de re præterita, aliquod tempus particulare afferimus, v. g. *j'allay hier à l'Egliſe, où j'entendis la Predication*, ivi heri ad templum, ubi audivi concionem: *je parlay la ſepmaine paſſée à mon Couſin, & luy dis que vous eſtiez fort diligent*, locutus ſum præterita ſeptimana cognato meo, & ipſi dixi quod eras valde diligens: *le ſiecle paſſé il y euſt de doctes perſonnages, qui eſcr-*

ſcrivirent, præterito ſæculo fuerunt docti viri, qui ſcripſerunt.

Si verò cum tempore determinato jungatur aliquod pronomen demonſtrativum, utimur præterito compoſito, v. g. *ce ſiecle nous a fourny de grands hommes*, hoc ſæculum magnos viros nobis ſuppeditavit: *nous avons remporté cette année de ſignalées victoires*, retulimus hoc anno notabiles victorias: *nous avons fait cette ſepmaine les feux de joye pour la priſe de pluſieurs villes de tres grande conſequence*, fecimus hac ſeptimana ignes triumphales ob captas plures civitates maximi momenti.

Si præterea res, quæ narratur, eodem die, quo loquimur, facta fuerit, utimur pariter præterito compoſito, v. g. *j'ay parlé aujourdhuy à voſtre Pere*, locutus ſum hodie Patri tuo: *j'ay leu aujourdhuy mon theme*, legi hodie meum thema: *j'ay beu aujourdhuy de bon vin*, bibi hodie bonum vinum.

Utimur denique præterito compoſito, quando res, de qua fit ſermo, ad nullam temporis differentiam refertur, v. g. *il y a eu une grande tempeſte*, fuit magna tempeſtas: *j'ay veu le cheval, que voſtre pere a donné à mon oncle*, vidi equum, quem pater tuus dedit avunculo meo.

Si vero quibuſdam formulis utamur, quæ

quæ tempus non dividunt, tunc indifferenter, ſimplex vel compoſitum accipimus, v. g. *au commencement, que je m'appliquay*, vel, *que je me ſuis appliqué à cet œuvre*, in principio, quo me adhibui huic operi, &c.

Eadem etiam methodus ſervanda eſt cum ſequentibus, *allant, revenant, auparavantque, il y à long temps, jamais*, v. g. *allant en Italie je paſſay*, vel, *j'ay paſſé par la France*, eundo in Italiam tranſivi per Galliam: *revenant de Rome je fis*, vel, *j'ay fait rencontre d'un gentil homme de ma connoiſſance*, redeundo Roma occurri nobili mihi noto: *& auparavant que je partiſſe je parlay*, vel, *j'ay parlé à Monſeigneur le Cardinal*, antequam diſcederem locutus ſum Domino Cardinali: *il y a long temps (ſi je ne me trompe) que je vous vis*, vel, *que je vous ay veu en Allemagne*, jam dudum (ni fallor) te vidi in Germania: *je ne vous vis jamais*, vel, *je ne vous ay jamais veu*, nunquam te vidi.

In quibus phraſibus (exceptis duabus ultimis) notandum mihi videtur, & diligenter obſervandum (quanquam refragantibus omnibus ferè Grammaticis) præteritum ſimplex vel compoſitum, non indifferenter, ſed abſolutè unum vel aliud pro diverſitate temporis uſurpari debere: ex

ex eadem phraſi veritas patebit: ſuppono igitur me rediiſſe Româ: hoc poſito, vel jamdudum redii, vel recenter: ſi jamdudum, debemus uti præterito ſimplici, ut, *revenant de Rome je vis*, redeundo Roma vidi: ſi vero recenter, tunc compoſito, ut, *revenant de Rome j'ay veu*. Unde alio nomine præteritum ſimplex, definitum: præteritum verò compoſitum, indefinitum appellatur: definitum, quod tempus prorſus præteritum denotet, cujus ne veſtigia quidem remanent, & idcirco aliquam temporis determinationem requirit, in quo res, de qua ſermo inſtituitur, facta eſt: indefinitum vero, quod actionem quidem præteritam ſignificat, ſed tempus non ita effluxum, ut non adhuc veſtigia quædam transeunda appareant.

In phraſi negativa utimur perfecto compoſito, ſive tempus ſpecificetur, ſive non, v. g. *il y a quinze jours que je ne l'ay pas veüe*, ſunt quindecim dies, à quibus illam non vidi: *avez vous ſalué voſtre ſœur?* an ſalutaſti tuam ſororem? *non je ne l'ay pas encore veüe*, nondum vidi. Reperitur adhuc aliud præteritum definitum, ſed compoſitum ex præterito definito verbi auxiliaris, & participio paſſivo verbi conjugati: & etiam definitum compoſi-

poſitum ex indefinito verbi auxiliaris, & ex dicto participio paſſivo: eorum uſus prorſus ſimilis eſt aliis duobus præcedentibus, niſi quod his ſemper præponatur unum ex ſequentibus temporis adverbiis, *quand, lorſque, comme, apreſque, deſque, ſi toſtque, auſſy toſtque, incontinentque*, v. g. *quand Ieſus fuſt né, les Roys vindrent d'Orient pour l'adorer*, quando natus eſt Jeſus, Reges venerunt ab Oriente ad illum adorandum: *lorſque je luy eus deſcouvert mon intention, je ſortis de la chambre*, cum ipſi aperuiſſem mentem meam exivi ex cubiculo: *comme je fus entré dans la maiſon, mon frere dit que les Hollandois avoient remporté une ſignalée victoire contre les Anglois*, cum ingreſſus ſum domum, meus frater mihi dixit, quod Hollandi retulerant inſignem victoriam in Anglos: *apres qu'il euſt achevé ſon diſcours, il s'en alla*, cum abſolviſſet ſermonem ſuum, abiit: *ſi toſtque j'ay eu diſné, je ſuis venu icy pour vous ſalüer*, ſtatim atque pranſus ſum huc veni ad te ſalutandum: *auſſy toſtque j'ay eu achevé de compoſer ma Grammaire Françoiſe, pluſieurs me l'ont demandée*, ſtatim atque abſolvi compoſitionem meæ Grammaticæ, multi à me petierunt: Et ſic de cæteris.

De

De pluſquam perfecto.

Pluſquamperfectum nullam in ſua applicatione difficultatem patitur, omnia alia tempora poſt ſe (ſervatis rationibus ſupradictis) admittit: ſi enim actionem brevem oſtendere velimus, perfectum ſimplex apponetur, ut., *j'avois achevé de diſner quand vous arrivaſtes*, abſolveram prandium quando veniſti: ſi vero duratio exprimatur, continuatur ſermo cum imperfecto, ut, *eſtant en Italie, quand j'avois diſné, je m'allois pourmener*, cum eſſem in Italia, cum pranſus eram, ibam ambulatum: ſed in tali occaſione præponuntur hæc adverbia, *deſque*, *quand*, *ſi toſtque*, *lorſque*, &c.

Pluſquamperfectum, & reduplicatum in eo conveniunt, quod eundem ſcopum, & actionis finem intendant, ſed in eo diſconveniunt quod pluſquamperfectum in ſua compoſitione imperfectum verbi auxiliaris ſumat, & eandem temporis extenſionem ſine inſinuatione inſtantis, in quo actio finita eſt, contineat: reduplicatum vero perfectum compoſitum ſumat, &, quod actio eodem momento ſit finita, & completa, quo alia ſupervenit, & non antea, inſinuet: exemplum prioris, *J'avois diſné lorſque vous eſtes arrivé*, pranſus eram,

eram, cum adveniſti : hîc inſtans non notatur : exemplum poſterioris, *j'ay eu achevé, ſi toſtque vous avez entré*, perfeci, ſtatim atque ingreſſus es : hic loquendi modus actionem fuiſſe completam denotat, cum homo ingreſſus eſt.

Sequuntur regulæ, quæ in omni Orationum genere ſunt obſervandæ.

Noſtra lingua ſummopere ordinem dictionum, prout ordo naturalis intellectus dictitat, ſervare deſiderat : ordo verò naturalis requirit, ut nominativus verbum præcedat, & accuſativus poſtponatur, v.g. *Pierre aime ſon pere*, Petrus diligit patrem ſuum.

In oratione affirmativa cum tempore ſimplici, id eſt, non compoſito ex verbo auxiliari, dictiones hoc modo diſponi debent, ponatur igitur primò nominativus, vel pronomen ejuſdem perſonæ, ac verbum in oratione poſitum, nempe unum ex his, *je, tu, il, elle, nous, vous, ils, elles* : vocabimus poſtea illud pronomen, primum : ſecundò aliud pronomen, nempe unum ex his, *me, te, ſe, nous, vous, luy, leur*, quod ſecundum nominabimus : tertiò verbum : quartò adverbium : quintò denique, & ultimò nomen, v.g. *je vous*
montre

montre ſouvent le chemin, ſæpe tibi oſtendo viam.

In oratione affirmativa, cum tempore compoſito, ſic dictiones diſponendæ ſunt. Primum pronomen, ſecundum pronomen, verbum auxiliare, adverbium, verbum ſignificans, nomen, ut, *Nous leur avons bien montré le chemin*, ipſis rectè viam oſtendimus.

In oratione negativa cum tempore ſimplici, ſic diſponimus dictiones: primum pronomen, prima particula negativa, ſcilicet, *ne*, ſecundum pronomen, verbum, ſecunda particula negativa ſcilicet, *point*, vel, *pas*, adverbium, nomen, ut, *il ne luy dit pas fidellement la verité*, non ipſi dicit fideliter veritatem.

In oratione negativa cum tempore compoſito, hic ordo ſervandus eſt, primum pronomen, prima particula negativa, ſecundum pronomen, verbum auxiliare, ſecunda particula negativa, adverbium, verbum ſignificans, nomen: ut, *vous ne leur avez pas tousjours dit la verité*, tu ipſis non ſemper dixiſti veritatem.

In oratione interrogativa affirmativa cum tempore ſimplici, ſecundum pronomen, verbum, primum pronomen, adverbium, nomen, ut, *vous montre t-il bien le chemin?* an tibi rectè viam monſtrat?

In

In oratione interrogativa affirmativa cum tempore compoſito, ſecundum pronomen, verbum auxiliare, primum pronomen, adverbium, verbum ſignificans, nomen, ut, *leur avez vous tousjours enſeigné la vertu?* an ſemper ipſos virtutem docuiſti?

In oratione interrogativa negativa cum tempore ſimplici: prima particula negativa, ſecundum pronomen, verbum, primum pronomen, ſecunda particula negativa, adverbium, nomen, ut, *ne nous direz vous pas aujourdhuy des nouvelles?* an nobis non dices hodie nova?

In oratione interrogativa negativa cum tempore compoſito: prima particula negativa, ſecundum pronomen, verbum auxiliare, primum pronomen, ſecunda particula negativa, adverbium, verbum ſignificans, nomen, ut, *ne leur avez vous pas fidellement montré la langue Françoiſe?* an ipſos non docuiſti fideliter linguam Gallicam?

Si aliquis ſermo præcedat, & narretur in rei confirmationem proverbium, vel alicujus authoris teſtimonium, tunc nominativus poſt verbum ponitur, v. g. *la raiſon le veut, dit l'hiſtoire*, ratio ſic poſtulat, ait hiſtoria: *reſpons au fol ſelon ſa folie, dit le ſage*, reſponde ſtulto ſecundum

 ſuam

ſuam ſtultitiam, ait ſapientia: & ſic de aliis.

Ponuntur liberè multa vocabula inter verbum auxiliare, & participium, v. g. *les affaires douteuſes ont de tout temps grandement empeſché les eſprits*, negotia dubia magnam ab omni tempore moleſtiam hominibus crearunt: *je ſuis, à dire la verité, bien aimé de vous*, valde, ut verè dicam, à te diligor, *je me ſuis, ſans ſujet, tousjours eſtimé malheureux*, me continuò ſine ratione infelicem credidi, &c.

Etiam, occaſione data, integra phraſis, quæ actionis rationem denotet ponitur inter verbum, & illius nominativum, v. g. *le Prince, ayant conneu le merite de voſtre frere, à commandé qu'on le reçoive honorablement*, Princeps, notis fratris tui meritis, juſſit ut honorificè exciperetur.

Quando periodus ab adverbio incipitur tunc nominativus indifferenter vel ante, vel poſt verbum ponitur, v. g. *ainſy parla Monſieur le Preſident aux aſſiſtans*, vel, *ainſy Monſieur le Preſident parla*, ſic locutus eſt Dominus Præſes adſtantibus, &c.

In quibuſdam loquendi formulis aliquando nominativus poſtponitur, v. g. *encore faut il que je face*, tamen oportet ut faciam: *peut eſtre n'eſt il pas bon*, fortaſſis non convenit, &c.

Ponun-

Ponuntur etiam aliquando relativa, *le*, *la*, *les*, inter pronomina perſonalia, & verbum, v.g. *je ne te le commande pas*, illud non tibi impero: *je ne te la veux pas donner*, illam nolo tibi dare, &c.

Hæc ſcribendi formula, *je ſoubſigné confeſſe*, ego ſubſignatus fateor: ſola non ſequitur regulam generalem, in qua diximus pronomen conjunctivum à ſuo verbo nunquam eſſe ſeparandum.

Ex ſequentibus exemplis, quam neceſſaria ſit vocabulorum diſpoſitio, patebit. Adverbium, *plus*, pro diverſa conſtructione longè diverſam ſortitur ſignificationem, v. g. *il n'y a plus rien à craindre*, nihil eſt amplius timendum: *plus*, convenit cum imperſonali, *il n'y a*, quod præcedit, & neutro, *rien*, & ſignificat latinè, *amplius*: ſi verò dicatur, *il n'y à rien plus à craindre*, nihil eſt plus timendum: tunc aliud prorſus diverſum ſignificat, & ſeparatum à ſubjecto quod præcedit, & convenit cum verbo *craindre*, quod ſequitur, & tunc latinè ſignificat *magis*. Aliud ſequitur exemplum: dictio, *auſſy*, ante nomen poſita pro comparationis adverbio ſumitur, v. g. *il eſt auſſy bon que vous*, eſt tam bonus quam tu: ſi vero poſtponatur, tunc habetur pro conjunctione, v. g. *il eſt bon auſſy*, eſt etiam bonus.

Cavendum denique eſt, ne in periodis confuſio reperiatur, & ne, quæ priùs eſſe debent, poſteriùs ſequantur: id enim eveniret ſi ſubſtantivum, vel nomen proprium inter verbum, & temporis adverbium poneretur, v. g. *je vous ay eſcrit gentilhomme de puis peu*, tibi ſcripſi nobilis à paucis diebus: *je vous ay deſiré Monſieur de puis quelques années*, te cupivi Domine ab aliquibus annis: in quibus phraſibus æquivocatio multum importat.

Hæc omnia pendent ex judicio eorum, qui in lingua Gallica exerceri peroptant: daretur enim progreſſus ad infinitum (quod non admittunt Philoſophi) ſi omnia exempla, quæ aliquam patiuntur difficultatem, deberent afferri. Hæc igitur ſufficient: ad alia progrediamur.

De verbis paſſivis, activis, & neutris.

Paſſiva regunt ablativum mediantibus præpoſitionibus, vel potius articulis, *de*, *du*, *del'*, & *des*, v. g. *les Roys ſont honorés de leurs ſujets*, Reges honorantur à ſuis ſubditis: *les femmes ſont aimées de leurs maris*, uxores diliguntur à viris ſuis, &c. Aliquando accuſativum cum præpoſitione, *par*, v. g. *les meſchands ſont punis par la Juſtice*, mali puniuntur per Juſtitiam.

Uſus

Uſus noſtrorum activorum, & neutrorum non multum differt ab uſu Latinorum: cum verò multa habeamus verba, quæ pro diverſa conſtructione diverſa ſignificant, ideo hîc multa ſecundum ordinem Alphabeticum exponere ſtatui, quæ non mediocrem linguæ noſtræ cupidis intelligentiam afferent.

Abaiſſer, rendre, vel, *mettre bas*, deprimere: activum; perfect. compoſ. *I'ay abaiſſé*, depreſſi: &c. *abaiſſer, devenir bas*, deprimi: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis abaiſſé*, deprimor.

Aborder une perſonne, adire aliquem: activum; perfect. compoſ. *I'ay abordé*, adivi: *aborder, arriver*, vel, *venir au bord*, appellere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis abordé*, appuli.

Accoucher une femme, adeſſe partui: quod eſt obſtetricis actio, activum; *I'ay accouché noſtre voiſine*, adfui partui vicinæ: *accoucher*, parere: pro ea, quæ parit, habet in perfect. compoſ. *I'ay accouché*, vel, *je ſuis accouchée*, peperi: ultimum melius.

Accourcir, rendre court, abbreviare: activum; perfect. compoſ. *I'ay accourcy*, abbreviavi: *accourcir devenir court*, abbreviari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis accourcy*, abbrevior.

Adoucir, rendre doux, mitigare: acti-

vum; perfect. compoſ. *I'ay adoucy*, mitigavi: *adoucir, devenir doux*, mitigari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis adoucy*, mitigor.

Affoiblir, rendre foible, debilitare: activum; perfect. compoſ. *I'ay affoibly*, debilitavi: *affoiblir, devenir foible*, fieri debilis: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis affoibly*, factus ſum debilis.

Affermir, rendre ferme, firmare: activum; perf. compoſ. *I'ay affermy*, firmavi: *affermir, devenir ferme*, firmari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis affermy*, factus ſum firmus.

Aggrandir, faire grand, augere: activum; perfect. compoſ. *I'ay aggrandy*, auxi: *aggrandir, devenir grand*, augeri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis aggrandy*, auctus ſum.

Aigrir, mettre en colere, vel, *facher une perſonne*, exacerbare: activum; perfect. compoſ. *I'ay aigry*, exacerbavi: *aigrir, devenir aigre*, exacerbor: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis aigry*, exacerbatus ſum.

Alentir, rendre lent, lentitudinem afferre: activum; perfect. compoſ. *I'ay alenty*, lentitudinem attuli: *alentir, devenir lent*, neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis alenty*.

Alon-

Alonger, faire long, extendere : activum ; perfect. compoſ. *I'ay alongé*, extendi : *alonger, devenir long*, grandeſcere: neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis alongé*, grandis factus ſum.

Amaigrir, rendre maigre, macerare : activum ; perfect. compoſ. *I'ay amaigry*, maceravi : *amaigrir, devenir maigre*, maceſco : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis amaigry*, macui.

Amender, rendre meilleur, corrigere : activum ; perfect. compoſ. *I'ay amendé*, correxi : *amender en bonté*, vel, *de prix*, corrigi, neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis amendé*, correctus ſum.

Amenuiſer, faire mince, petit, vel, *menu*, extenuare : activum ; perfect. compoſ. *I'ay amenuiſé*, extenuavi : *amenuiſer, devenir petit*, vel, *menu*, extenuari : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis amenuiſé*, extenuatus ſum.

Amoindrir, rendre moindre, minuere : activum ; perfect. compoſ. *I'ay amoindry*, minui : *amoindrir, devenir moindre*, minor fieri : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis amoindry*, minor factus ſum.

Amollir, rendre mol, emollire : activum ; perfect. compoſ. *I'ay amolly*, emollivi : *amollir, devenir mol*, emolliri : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis amolly*, emollitus ſum.

Aneantir, mettre a-neant, deſtruere: activum; perfect. compoſ. *J'ay aneanty*, deſtruxi: *aneantir, devenir a-neant*, deſtrui: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis aneanty*, deſtructus ſum.

Anoblir, faire noble, nobilitare: activum; perfect. compoſ. *J'ay anobly*, nobilitavi: *anoblir, devenir noble*, nobilitari: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis anobly*, nobilitatus ſum.

Appauvrir, rendre pauvre, inopiam afferre: activum; perfect. compoſ. *J'ay appauvry*, inopiam attuli: *appauvrir, devenir pauvre*, ad inopiniam redigi: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis appauvry*, ad inopiam redactus ſum.

Appeſantir, rendre peſant, aggravare: activum; perfect. compoſ. *J'ay appeſanty*, aggravavi: *appeſantir, devenir peſant*, aggravari: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis appeſanty*, aggravatus ſum.

Appetiſſer, faire petit, vel, *moindre*, minuere: activum; perfect. compoſ. *J'ay appetiſſé*, minui: *appetiſſer, devenir petit*, vel, *moindre*, minui: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis appetiſſé*, minutus ſum.

Arrondir, faire rond, rotundare: activum; perfect. compoſ. *J'ay arrondy*, rotundavi: *arrondir, devenir rond*, rotundari: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis arron-*

arrondy, rotundatus ſum, *ſeu*, rotundus factus ſum.

Attendrir, rendre tendre, emollire: activum; perfect. compoſ. *I'ay attendry*, emollivi: *attendrir, devenir tendre*, emolliri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis attendry*, emollitus ſum.

Attiedir, rendre tiede, tepefacere: activum; perfect. compoſ. *I'ay attiedy*, tepefeci: *attiedir, devenir tiede*, tepefieri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis attiedy*, tepefactus ſum: *Tiedir*, tepere: eſt melius.

Augmenter quelque choſe, augere: activum; perfect. compoſ. *I'ay augmenté*, auxi: *augmenter en biens*, diteſcere: &c. neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis augmenté*, dives factus ſum.

Blanchir, faire blanc, dealbare: activum; perfect. compoſ. *I'ay blanchy*, dealbavi: *blanchir, devenir blanc*, albeſcere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis blanchy*, albus factus ſum.

Branſler quelque choſe, aliquid movere: activum; perfect. compoſ. *I'ay branſlé*, movi: *branſler*, id eſt, *n'eſtre point ferme*, vacillare: neutrum; perfect. compoſ. *I'ay branſlé*, vacillavi.

Brunir, rendre brun, fuſcare: activum; perfect. compoſ. *I'ay bruny*, fuſcavi:

brunir, devenir brun, fuſcari: neutrum; perfect. compoſ. *I'ay*, &, *je ſuis bruny*, fuſcatus ſum.

Bruſler avec du feu, comburere: activum; perf. compoſ. *I'ay bruſlé*, combuſſi: *bruſler d'envie, & d'amour*, ardere deſiderio, & amore: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis bruſlé*, arſi.

Changer une choſe, mutare rem: activum; perfect. compoſ. *I'ay changé*, mutavi: *changer, devenir changé*; mutari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis changé*, mutatus ſum.

Courir un cerf, vel, *un homme*, proſequi cervum, vel, hominem: activum; perfect. compoſ. *I'ay couru*, proſequutus ſum: *courir*, pro ipſa actione, neutrum; perfect. compoſ. *I'ay courru*, cucurri.

Crier, tancer une perſonne, vel, *crier publiquement*, aliquem objurgare, promulgare: activum; perfect. compoſ. *I'ay crié*, objurgavi, promulgavi: *crier*, clamare: pro ipſa actione, neutrum; perfect. compoſ. *I'ay crié*, clamavi.

Deſcendre quelque choſe de haut en bas, aliquid deſcendere: activum; perfect. compoſ. *I'ay deſcendu*, deſcendi: *deſcendre en bas*, deſcendere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis deſcendu*, deſcendi.

Di-

Diminuer, rendre moindre, minuere: activum; perfect. compoſ. *I'ay diminué*, minui: *diminuer, devenir moindre*, minui: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis diminué*, minutus ſum.

Dreſſer, inſtruire, inſtruere: activum; perfect. compoſ. *I'ay dreſſé*, inſtruxi: *dreſſer, ſe faire droit*, erigere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie me ſuis dreſſé*, erexi.

Embellir, rendre beau, ornare: activum; perfect. compoſ. *I'ay embelly*, ornavi: *embellir, devenir beau*, pulcher fieri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis embelly*, pulcher factus ſum.

Empirer, rendre pire, reddere pejus: activum; perfect. compoſ. *I'ay empiré*, reddidi pejus: *empirer, devenir pire*, pejor fieri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis empiré*, pejor factus ſum.

Encherir, rendre plus cher, in auctione adjicere: activum; perfect. compoſ. *I'ay enchery*, adjeci: *encherir, devenir cher*, carior fieri: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis enchery*, carior factus ſum.

Encliner, donner de l'inclination, inclinare: activum; perfect. compoſ. *j'ay encliné*, inclinavi: *encliner, eſtre enclin*, inclinari: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis encliné*, inclinatus ſum.

Endurcir, rendre dur, indurare: acti-

vum; perfect. compoſ. *j'ay endurcy*, induravi: *endurcir, devenir dur*, indurari: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis endurcy*, induratus ſum.

Enfler quelque choſe en ſouflant, inflare: activum; perfect. compoſ. *j'ay enflé*, inflavi: *enfler, devenir enflé*, inflari: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis enflé*, inflatus ſum.

Engourdir, rendre engourdy, hebetare: activum; perfect. compoſ. *j'ay engourdy*, hebetavi: *engourdir, devenir engourdy*, hebetari: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis engourdy*, hebetatus ſum.

Engraiſſer, rendre gras, ſaginare: activum; perfect. compoſ. *j'ay engraiſſé*, ſaginavi: *engraiſſer, devenir gras*, pingueſcere: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis engraiſſé*, pinguis factus ſum.

Enlaidir, rendre laid, deformare: activum; perfect. compoſ. *I'ay enlaidy*, deformavi: *enlaidir, devenir laid*, deformis fieri: neutrum perfect. compoſ. *Je ſuis enlaidy*, deformis factus ſum.

Enorgueillir, rendre orgueilleux, ſuperbia inflare: activum; perfect. compoſ. *I'ay enorgueilly*, ſuperbia inflavi: *enorgueillir, devenir orgueilleux*, ſuperbire: neutrum perfect. compoſ. *Ie ſuis enorgueilly*, ſuperbivi.

En-

Enrichir, faire riche, ditare: activum; perfect. compoſ. *I'ay enrichy*, ditavi: *enrichir, devenir riche*, dives fieri: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis enrichy*, dives factus ſum.

Envenimer, donner du venin, veneno inficere: activum; perfect. compoſ. *I'ay envenimé*, veneno infeci: *envenimer, devenir venimeux*, veneno infici: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis envenimé*, veneno infectus ſum.

Envieillir, rendre vieil, vetus reddere: activum; perfect. compoſ. *I'ay envieilly*, vetus reddidi: *envieillir, devenir vieil*, ſeneſcere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis envieilly*, ſenex factus ſum.

Eſlargir, rendre large, delivrer, & *donner liberté*, laxare: activum; perfect. compoſ. *I'ay eſlargy*, laxavi: *eſlargir, devenir large*, laxari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis eſlargy*, ſum laxatus.

Eſpaiſſir, rendre eſpais, denſare: activum; perfect. compoſ. *I'ay eſpaiſſy*, denſavi: *eſpaiſſir, devenir eſpais*, denſari: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis eſpaiſſy*, ſum denſatus.

Eſtouffer un animal, animal ſuffocare: activum; perfectum compoſ. *I'ay eſtouffé*, ſuffocavi: *eſtouffer, ne pouvoir re-*

ſpirer, ſuffocari, neutrum, perfectum compoſ. *Je ſuis eſtouffé*, ſum ſuffocatus.

Eſtrecir, rendre eſtroit, coarctare: activum; perfect. compoſ. *J'ay eſtrecy*, coarctavi: *eſtrecir, devenir eſtroit*, coarctari: neutrum; perfect. compoſ. *Je ſuis eſtrecy*, ſum coarctatus.

Finir, achever quelque choſe, finire: activum; perfect. compoſ. *J'ay finy*, finivi: *finir, prendre fin*, finem capere: neutrum; perfect. compoſ. *J'ay*, vel, *Je ſuis finy*, finem cepi.

Flechir, plier, flectere: activum; perfect. compoſ. *I'ay flechy*, flexi: *flechir, ſe plier*, flecti: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis flechy*, flexus ſum.

Fondre un metail, ou autre choſe, fundere metallum, vel aliquid aliud: activum; perfectum compoſitum, *I'ay fondu*, fudi: *fondre*, id eſt, *Je fondre à la chaleur, ou au ſoleil*, liquefieri: neutrum; perfectum compoſitum, *Ie ſuis fondu*, liquefactus ſum.

Groſſir, rendre gros, incraſſare: activum; perfect. compoſ. *I'ay groſſy*, incraſſavi: *groſſir, devenir gros*, accreſcere: neutrum; perfect. compoſ. *Ie ſuis groſſy*, accrevi.

Guerir une perſonne, ſanare aliquem: acti-

activum ; perfect. compoſ. *I'ay guery*, ſanavi : *guerir*, *devenir ſain*, ſanari : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis guery*, ſum ſanatus.

Hauſſer, *rendre haut*, augere : activum : perfect. compoſ. *I'ay hauſſé*, auxi : *hauſſer*, *devenir haut*, augeri : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis hauſſé*, ſum auctus.

Iaunir, *rendre jaune*, flavo inficere activum ; perfect. compoſ. *j'ay jauny*, flavo infeci : *jaunir*, *devenir jaune*, flavere : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis jauny*, flavi.

Loger, *donner logement*, hoſpitio excipere : activum ; perfect. compoſ. *I'ay logé*, hoſpitio excepi : *loger*, *eſtre logé en un lieu*, hoſpitio diverſari : neutrum ; perfect. compoſ. *I'ay logé*, diverſatus ſum.

Meurir, *rendre meur*, maturare : activum ; perfect. compoſ. *I'ay meury*, maturavi : *meurir*, *devenir meur*, matureſcere : neutrum ; perfect. compoſ. *Ie ſuis meury*, maturui.

Mouvoir, *remuer quelque choſe*, movere : activum ; perfect. compoſ. *I'ay meu*, movi : *mouvoir*, *ſe mouvoir de ſoy meſme*, moveri: neutrum ; perfect. compoſ. *Ie me ſuis meu*, ſum motus.

Multiplier, *augmenter une choſe en nombre*,

bre, ou quantité, multiplicare: actiuum; perfectum compoſitum, *I'ay augmenté*, multiplicaui: *multiplier, croiſtre en nombre*, multiplicari: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis multiplié*, ſum multiplicatus.

Noircir, faire noir, denigrare: actiuum; perfect. compoſ. *I'ay noircy*, denigraui: *noircir, devenir noir*, nigreſcere: neutrum; perfect. compoſ. *j'ay*, &c, *je ſuis noircy*, nigrui.

Rabaiſſir, rendre plus bas, deprimere: actiuum; perfect. compoſ. *j'ay rabaiſſé*, depreſſi: *rabaiſſer, devenir plus bas*, deprimi: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis rabaiſſé*, ſum depreſſus.

Rajeunir, rendre plus jeune, juniorem reddere: actiuum; perfect. compoſ. *j'ay rajeuny*, juniorem reddidi: *rajeunir, devenir jeune*, juveneſcere: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis rajeuny*, junior factus ſum.

Reculer quelque choſe, repellere: actiuum; perfect. compoſ. *j'ay reculé*, repuli: *reculer en arriere*, retrocedere: neutrum; perfect. compoſ. *j'ay*, & *je ſuis reculé*, retroceſſi.

Remuer quelque choſe, movere: actiuum; perfect. compoſ. *j'ay remué*, moui: *remuer de ſoy meſme*, moveri: neutrum;

trum; perfect. compoſ. *j'ay remué*, ſum motus.

Rencherir, rendre plus cher, prætium augere: activum; perfect. compoſ. *j'ay renchery*, prætium auxi: *rencherir, devenir plus cher*, carius fieri: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis renchery*, carior factus ſum.

Reſtrecir, rendre plus eſtroit, coërcere: activum; perfect. compoſ. *j'ay reſtrecy*, coërcui: *reſtrecir, devenir eſtroit*, coërceri: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis reſtrecy*, ſum coërcitus.

Reſuſciter, e mortuis ſuſcitare: activum habet in præter. compoſ. *j'ay reſuſcité*, e emortuis ſuſcitavi: *reſuſciter*, reſurgere: neutrum habet, *je ſuis reſuſcité*, reſurrexi.

Reverdir, rendre verd, viridem reddere: activum; perfect. compoſ. *j'ay reverdy*, viridem reddidi: *reverdir, devenir verd*, revireſcere: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis reverdy*, revirui.

Roidir, rendre roide, indurare: activum; perfect. compoſ. *j'ay roidy*, induravi: *roidir, devenir roide*, rigere: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis roidy*, rigui.

Roſtir de la viande, aſſare: activum; perfect. compoſ. *j'ay roſty*, aſſavi: *roſtir à la chaleur, devenir roſty*, aſſari: neutrum;

trum ; perfect. compoſ. *je ſuis roſty*, ſum aſſatus.

Rougir, rendre, ou, faire rouge, rubro tingere : activum ; perfect. compoſ. *j'ay rougy*, rubro tinxi : *rougir, devenir rouge*, rubeſcere: neutrum ; perfect. compoſ. *je ſuis devenu, rouge*, erubui.

Rouſſir, rendre roux, rutilare : activum; perfect. compoſ. *j'ay rouſſy*, rutilavi : *rouſſir, devenir roux*, rufus fieri : neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis rouſſy*, rufus factus ſum.

Saigner, tirer du ſang, aperire venam : activum ; perfect. compoſ. *j'ay ſaigné*, aperui venam : *ſaigner, jetter du ſang*, fundere ſanguinem : neutrum ; perfect. compoſ. *j'ay ſaigné*, fudi ſanguinem.

Seicher, rendre ſec, ſiccare : activum ; perfect. compoſ. *j'ay ſeiché*, ſiccavi : *ſeicher, devenir ſec*, areſcere: neutrum ; perfect. compoſ. *je ſuis ſeiché*, arui.

Sonner une cloche, cymbalum concûtere : activum ; perfect. compoſ. *j'ay ſonné*, cymbalum concuſſi : *ſonner, rendre ſon*, ſonare : neutrum ; perfect. compoſ. *j'ay ſonné*, ſonui.

Tarir, eſpuiſer l'eau, exhaurire : activum ; perfect. compoſ. *j'ay tary*, exhauſi : *tarir ; ſe puiſer de ſoy meſme*, exhauriri :

ri : neutrum ; perfect. compoſ. *je ſuis tary*, ſum exhauſtus.

Vieillir, *rendre vieil*, ſenium inducere: activum ; perfect. compoſ. *j'ay vieilly*, ſenium induxi : *vieillir*, *devenir vieil*, ſeneſcere: neutrum; perfect. compoſ. *je ſuis vieilly*, ſenui.

Cætera, quæ tædium Lectori potius quam ſolatium afferre poſſent, prætermittimus, ut aliorum explicationi vacemus.

De quibuſdam verbis reflexivis neutris.

Verba reciproca ab activis communiter formari debent : ſunt tamen neutra, quæ, ut in ſequentibus videbitis, reciproca, ſeu reflexiva fiunt.

Se couler, illabi : *je me ſuis coulé dans la chambre*, illapſus ſum in cubiculum.

Se deliberer, ſtatuere : *il ſe delibere de venir avec nous*, ſtatuit nobiſcum venire.

Se deſplaire, tædere : *il ſe deſplaiſt fort icy*, hic illum admodum tædet.

Quædam verba, ut, *devoir*, debere : *faloir*, oportere : *pouvoir*, poſſe : *ſçavoir*, ſcire : *vouloir*, velle, &c. ante ſe reciprocas particulas recipiunt : ſed propriè ſumendo, potius ad aliud verbum, quod ean-

eandem ingreditur conſtructionem, refertur, v. g. *il ſe doit contenter*, debet eſſe contentus: poteſt etiam dici, *il doit ſe contenter*: unde poteſt facilè judicari, particulam non propriè ad verbum, *devoir*, ſed ad verbum, *contenter*, quod eſt activum reciprocum, pertinere: & ſic de aliis, *je ne me puis appaiſer*, non poſſum me mitigare: *je ne me ſçaurois taire*, non poſſum tacere: *je ne me veux pas faſcher*, nolo iraſci: *il ne me faut pas retirer*, non eſt mihi recedendum, &c, *Se douter*, dubitare: *je me ſuis douté de l'affaire*, de negotio dubitavi: *ſe diligenter*, eſſe diligentem: *il ſe diligente fort*, eſt admodum diligens: *s'eſtudier*, ſtudere: *il s'eſtudie à vous faire plaiſir*, ſtudet ut tibi benefaciat: *ſe penſer*, ſe credere: *il ſe penſe habile homme*, ſe credit virum peritum: *ſe permettre*, ſibi permittere: *je me le permetz à moy meſme*, mihi ipſi permitto: *ſe predire*, ſibi prædicere: *je me ſuis predit ce malheur*, mihi prædixi illud infortunium: *ſe preſumer*, ſe credere: *il ſe preſume d'eſtre quelque choſe*, ſe credit aliquid eſſe: *ſe procurer*, ſibi procurare: *je me ſuis procuré des amis*, mihi procuravi amicos: *ſe promettre*, ſibi promittere: *il ſe promet mons, & valées*, multa ſibi promittit: *ſe rire*, deridere: *je me ry de vous*, de te rideo: *ſe taire*,

re, tacere: *je me ſuis teu*, tacui: hoc reciprocum vim à ſuo ſimplici diſtinctam habet, & ſignificat, *ne parler pas*, non loqui: *taire*, tacere: vero idem eſt, ac, *ne pas declarer une choſe*, rem aliquam non aperire.

Quæ ſequuntur ſemper cum pronominibus ſuis quaſi annexa manent, in quantum ex ſe ipſis nihil propriè ſignificent.

S'abſtenir, ſe abſtinere: *s'addonner*, ſe applicare: *s'aheurter*, obſtinato animo amplecti: *s'amouracher*, capi inſano puellæ amore: *ſe deporter*, diſcedere: *s'efforcer*, conari: *ſe mocquer*, deridere: *ſe paſmer*, animo linqui: *ſe repentir*, pœnitere: *ſe jouër*, illudere, *& ſe rire*, ridere.

Compoſita ex dictione, *entre*, non etiam à ſuis pronominibus ſeparantur, ſed ipſis utimur tantum in plurali, v. g. *s'entrebaiſer*, ſe mutuò oſculari: *ils ſe ſont entrebaiſez*, ſe mutuò oſculati ſunt: *nous nous entrebaiſons*, nos mutuò oſculamur: *nous nous ſommes entrebaiſez*, nos mutuò oſculati ſumus: niſi in phraſi imperſonali paſſiva, tunc enim in ſingulari etiam ponuntur, v. g. *on s'entrebaiſe*, ſe mutuò oſculantur: *on s'entrebaiſoit*, ſe mutuò oſculabantur: *on s'entrebaiſera*, ſe mutuò oſculabuntur, &c.

Ver-

Verborum autem tum activorum, tum neutrorum differentia ex conſtructione patet, v. g. *la chaleur durcit la terre*, calor indurat terram : & *la terre durcit à la chaleur*, terra indureſcit ad calorem : *durcit* in primo exemplo eſt activum, & in ſecundo neutrum : Item, *le ſoleil noircit la peau*, ſol denigrat pellem : & *la peau noircit au ſoleil*, pellis denigreſcit ad ſolem : quod etiam per reciprocum rem paſſivam denotans, exprimitur, v. g. *la terre ſe durcit*, terra ſe indurat : *la peau ſe noircit*, pellis ſe denigrat.

De Syntaxi Nominum.

Adjectivum & ſubſtantivum conveniunt in genere, numero, eſt caſu.

Ubi obſervandum eſt quod ſub nomine adjectivi pronomina & participia comprehendantur, v. g. *pain blanc*, panis albus : *mon chapeau*, meus pileus : *femme courtisée*, fæmina officioſè culta : dicimus tamen juridicè, *lettres Royaux*, & *ordonnances Royaux*.

Excipienda pariter ab hac regula pronomina, *mon*, *ton*, *ſon*, quæ licet ex natura ſua ſint maſculina, nihilominus ſemper

per fæmininis à vocali vel, *h*, muto inchoantibus ad κακωφωνίαν evitandam, præponuntur, ut, *mon ame*, mea anima: *ton hoſteſſe*, tua hoſpita: *ſon arquebuſe*, ſua catapulta.

Sequentes phraſes obſervandæ ſunt, in quibus, poſito adjectivo, ſubſtantivum omittitur, v. g. *coucher ſur la dure*, jacere ſupra duram terram: *cercher le plus court*, quærere breviorem ſc. viam: *il fait beau*, eſt pulchrum tempus: *chanter la baſſe*, canere inferiorem, ſc. partem: & multæ aliæ, quas uſus, & experientia docebunt.

Adjectiva colorum, qualitatum elementarium, nationum, necnon participia paſſiva poſt ſuum ſubſtantivum collocantur, v. g. *pain blanc*, panis albus: *eau chaude*, aqua calida; *gentilhomme François*, nobilis gallus: *femme cherie*, fæmina dilecta: Excipitur, *eu eſgard*, habito reſpectu: ubi participium ſubſtantivo præponitur.

Adjectiva quantitatis, laudis, & convitii ſuis ſubſtantivis præponuntur, v.g. *grand homme*, magnus homo: *petite femme*, parva fæmina: *bon ſoldat*, bonus miles: *mauvais garçon*, malus puer. Niſi in particulari quodam loquendi modo, in quo adjectivum à ſuo ſubſtantivo quaſi ſepa-

ſeparatum videtur, v. g. *il ne trouve que rarement les femme belles*, rarò reperit fœminas pulchras : *il ne trouve jamais le vin mauvais*, nunquam reperit vinum ingratum.

Adjectiva abundantiam, deſiderium, vel curam ſignificantia, & contraria, regunt genitivum, v. g. *riche d'argent*, dives pecuniæ : *convoiteux d'honneur*, cupidus honoris : *curieux de ſa famille*, ſtudioſè ſollicitus ſuæ familiæ.

Quæ inclinationem, promptitudinem, & aptitudinem notant, necnon contraria, petunt dativum cum articulo definito, v. g. *il eſt habile aux armes*, eſt dexter in armis : *il eſt addonné au jeu*, eſt addictus luſui.

Quæ qualitatem, & induſtriam corpoream deſignant, genitivum regunt cum articulo definito, v. g. *il eſt habile du pied*, eſt promptus pede : *de la main*, manu : vel infinitivum, præpoſitâ illi particula, *à*, v. g. *il eſt propre à boire*, eſt aptus ad bibendum : *à danſer*, ſaltandum : *à rire*, ridendum, &c.

Adjectiva cauſam vel inſtrumentum ſignificantia regunt genitivum cum articulo indefinito communiter vel accuſativum cum præpoſitione, *par* : vel etiam infinitivum cum articulo indefinito, *de*, ut,

ut, *rouge de honte*, rubicundus præ pudore: *advancé par mon moyen*, evectus meâ operâ: *las d'aller*, feſſus eundi.

Quando de carne, piſcibus, ſeu pecuniis ſermo inſtituitur, loco pluralis, ſingulari utimur, v. g. *j'ay acheté du poiſſon, & de la chair*, emi piſces, & carnem: *j'ay perdu mon argent*, perdidi meam pecuniam.

Nominativus aliis caſibus ſemper præponi debet, v. g. *le Palais du Prince*, Palatium principis: *le livre de Pierre*, liber Petri.

Comparativa regunt nominativum, præpoſita conjunctione *que*, v. g. *Ariſtote eſtoit plus grand Philoſophe que Platon*, Ariſtoteles erat major Philoſophus, quam Plato: *Pierre plus ſage que Jean*, Petrus ſapientior Joanne.

Superlativa Latina, quæ comparationem patiuntur, ponuntur Gallicè in comparativo cum articulo maſculino vel fæminino, v. g. *le plus docte de tous*, doctiſſimus omnium: *la plus ſage de toutes*, ſapientiſſima omnium.

Præterea obſervandum eſt nos apponere, *d'entre*, dum Latini ſuperlativis jungunt præpoſitionem, *inter*, v. g. *c'eſt le plus docte d'entre les Profeſſeurs*, eſt doctiſſimus inter Profeſſores.

Nomen ſubſtantivum regit aliud ſubſtantivum rei diverſæ in genitivo, v. g. *la maiſon de Jacques*, domus Jacobi.

Excipiuntur nomina Sanctorum, quæ articulum rejiciunt, v. g. *le fauxbourg Saint Denis*, ſuburbium Sancti Dionyſii: *le pont Saint Jean*, pons Sancti Joannis: & pro, *la feſte de Saint Jean*, feſtum Sancti Joannis: & ſimilibus, dicimus, *la Saint Jean.*

Idem, in nominibus menſium poſt numerum poſitis, obſervandum eſt, v. g. *le dixieſme mars*, decimo martii, *&c.*

Nomina adjectiva Latina, quæ per adjectivum Gallicè exprimi non poſſunt; per ſubſtantivum in genitivo exponi ſolent cum articulo indefinito, v. g. *une chaine d'or, de fer*, catena aurea, ferrea: *une ſtatue de marbre*, ſtatua marmorea, *&c.*

Locus, vel vas regit rem, cui eſt deſtinatum, in dativo, v. g. *le marché aux bœufs*, forum bovium: *une bouteille à ancre*, lagena atramentaria. Sed regit rem contentam in genitivo, v. g. *un tonneau de vin*, dolium vini: *un lieu de plaiſance*, locus recreationis.

De Syntaxi Verborum.

Verbum paſſivum regit genitivum, ut, *les Roys ſont honorés de leurs ſujets*, Reges honorantur à ſuis ſubditis.

Verbum perſonale activum regit rem in accuſativo & perſonam in dativo, v. g. *j'enſeigne la langue Françoiſe aux curieux*, doceo linguam Gallicam cupidos.

Verbum, *joüer*, ludere: in ſignificatione neutra, regit inſtrumenta muſica in genitivo, v. g. *vous joüez fort bien du luth*, ludis optimè teſtudine: ſed in ſignificatione activa regit eadem inſtrumenta in accuſativo cum præpoſitione, *ſur*, & rem in accuſativo, v. g. *Il a joüé une excellente piece ſur ſon luth*, luſit excellentem cantilenam ſupra teſtudinem: Luſus verò, qui non ad muſicam attinent, in dativo, v. g. *voulez vous venir joüer a la paume*, vis venire luſum pilâ palmaria: *a la boule*, globo: *aux dez*, aleis: *aux cartes*, cartis, *&c.*

Verbum, *eſtudier*, ſtudere: regit facultatem, aut ſcientiam, in qua ſtudetur, in accuſativo cum præpoſitione *en*, v. g. *eſtudier*

en Droit, ſtudere Juri: *en Philoſophie*, Philoſophiæ, *en Theologie*, Theologiæ, &c.

Verba, *acheter*, emere: *vendre*, vendere: *eſtimer*, æſtimare: *faire ou priſer*, facere aut æſtimare: *& louër*, laudare: regunt communiter rem, & rei pretium in accuſativo, v. g. *I'ay acheté ce livre cy ſoixante ſols*, emi hunc librum tribus florenis: *il m'a fait, ou, il m'a priſé ce cheval cent eſcus*, æſtimavit hunc equum centum nummis: *j'ay vendu ma maiſon vingt mille francs*, vendidi domum viginti mille florenis: ſed cum ſequentes phraſes hanc regulam minimè ſequantur, ideò diligenter obſervandæ ſunt: *J'ay acheté pour dix eſcus de livres*, emi libros pro decem nummis: *pour cinquante francs de bois*, lignum pro quinquaginta florenis: *pour cent eſcus d'eſtoffe*, materiam pro centum nummis: *j'ay vendu pour cinq eſcus de ma marchandiſe*, vendidi pro quinque nummis ex merce mea: *j'ay loüé pour cent cinquante livres de mon logis*, locavi pro centum & quinquaginta florenis ex ædibus meis: *j'ay bon marché de mon chapeau*, habeo pileum bono prætio: *je vous feray bon marché*, dabo tibi bono prætio: *il ſurfait tousjours ſa marchandiſe*, juſtò pluris indicat ſemper ſuas merces: *acheter, ou, vendre au poids de l'or*, emere, vel, vendere valde

valde carè: *qu'en voulez vous donner?* quid vis dare? *j'en donneray douze francs*, dabo duodecim florenos: *à combien vous revient ce manteau?* quantum tibi conſtat hoc pallium? *combien avez vous donné de ce couteau?* quantum dediſti pro hoc cultro?

Si duo verba ſimul occurrant, ponitur communiter ultimum in infinitivo, v. g. *Je veux dormir*, volo dormire: *manger*, edere: *boire*, bibere: *eſtudier*, ſtudere, &c. aliquando verò præponitur particula, *à*, vel, *de*, v. g. *J'apprens à danſer*, diſco ſaltare: *gardez vous de tomber*, cave ne cadas, &c.

Verbum, *parler*, loqui: regit dativum: nihilominus ipſi elegantiùs pronomina perſonalia ſine articulis præponuntur: quod etiam in aliis verbis ſervatur, v. g. *Il m'a parlé*, melius eſt, quam, *il à parlé à moy*, mihi locutus eſt: *il me*, *ou*, *luy*, *ou*, *vous veut dire quelque choſe*, ille mihi, vel illi, vel tibi vult aliquid dicere.

Verbum, *aller*, ire, regit nomen ſubſtantivum cum præpoſitione, *a*, vel, *en*, v. g. *Je vay à la Haye*, eo Hagam: *j'iray en France*, ibo in Galliam.

Verbum, *venir*, venire: petit poſt ſe genitivum, v. g. *Je viens de Rotterdam*, venio Rotterdamo: *je viens du marché*, venio ex foro.

Verba, *aller*, ire: &, *venir*, venire: quandoque uſurpantur cum ſermo de re, quæ ſtatim vel fieri, vel dici debet; vel quæ ſtatim facta eſt vel dicta inſtituitur, v. g. *je m'en vay vous dire la choſe*, ſum tibi rem dicturus: *je viens de faire cela*, ſtatim hoc feci.

Verbum, *ſçavoir*, ſcire: habet multa tempora ſumpta pro verbo, *pouvoir*, poſſe: præcipuè utrumque præteritum perfectum, & pluſquamperfectum indicativi, totum conjunctivum, & pluſquamperfectum infinitivi, ſed inter illa omnia tempora primum & præcipuum locum tenet ſecundum imperfectum conjunctivi, v. g. *je ne ſçaurois pas faire cela*, pro, *je ne puis pas*, non poſſum hoc facere, *&c.*

Verbum, *faire*, facere: tranſitivè & imperſonaliter ſumptum ſæpe temporum qualitatibus præponitur, v. g. *il fait beau temps*, eſt gratum tempus: *chaud*, calidum: *froid*, frigidum, *&c.*

Verba imperſonalia paſſivæ ſignificationis ſuorum ſimplicium uſum & ſyntaxim ſequuntur, in quantum *on* ut nominativus vagus uſurpatur, v. g. *on priſe aſſez la vertu*, virtus ſatis æſtimatur; *mais on la pratique peu*, ſed pauci illam amplectuntur.

Im-

Imperſonalia activæ vocis nomen perſonæ in dativo, & nomen rei in genitivo vel ablativo regunt, v. g. *il m'importe de voſtre dommage*, mei intereſt damnum tuum: aliquando cum præpoſitione, *de*, ante infinitivum, ut, *il me fache de vous faire tant attendre*, tædet me, quod tamdiu exſpectare debeas: aliquando cum conjunctione, *que*, ut, *vous fachera t-il que je me ſerve de vos livres?* capies in malam partem, quod utar tuis libris?

Imperſonale, *il y a*, ſæpe eſt in uſu, præcipuè, cum quantitatis ratio habetur, & hoc tribus modis: primò quando cum quantitate rei, poſitio ſeu hujuſce rei ſitus intelligitur: ſecundò, cum temporis durationem: tertiò denique quando loci ſpatium ſignificat, ut, *combien y a t-il de perſonnes en cette maiſon*, quot homines ſunt in his ædibus: *il y a ſix ans que j'eſtudie*, a ſex annis operam eò litteris: *il y a dix lieuës d'icy a Dort*, Dordracum diſtat hinc decem milliaribus, *&c.*

Verba, *accuſer*, accuſare: *atteindre*, convincere: *blaſmer*, contemnere: *convaincre*, convincere: *ſoupçonner*, ſuſpicari: *taxer*, carpere: & alia ſimilis vel contrarii ſenſus, ut, *abſoudre*, abſolvere;

affranchir, liberare: *acquitter*, abſolvere: *delivrer*, liberare: *excuſer*, excuſare: *eſtimer*, æſtimare: *loüer*, laudare: *& priſer*, æſtimare: nomen perſonæ in accuſativo, & nomen rei in genitivo regunt, ut, *vous m'accuſez de negligence*, me accuſas negligentiæ: *vous me ſoupçonnez d'un tel crime*, me ſuſpicaris de tali crimine: *vous me loüez de ma conſtance*, me laudas ob meam conſtantiam: *je vous excuſe de voſtre infidelité*, te excuſo ex tua infidelitate, &c.

Quæ ſequuntur pariter nomen rei in genitivo regunt, *s'adviſer de quelque choſe*, aliquid excogitare, *s'abſtenir de viande*, abſtinere à cibo: *s'aſſeurer de quelque choſe*, aliquid firmiter credere: *crever de rire ou de depit*, riſu, vel dolore rumpi: *changer de maiſtre*, mutare dominum: *ſe defaire d'une perſonne*, aliquem ab ſe amovere: *dechoir de la fortune*, excidere fortunâ: *detourner*, *ou*, *ſe detourner d'une entrepriſe*, à ſuſcepto avertere: *douter*, *ou*, *ſe douter d'une affaire*, de negotio dubitare: *diſputer de la religion*, diſputare de religione: *diſcourir de la vertu*, de virtute verba facere: *empeſcher*, *ou*, *s'empeſcher d'une mauvaiſe action*, ſe à mala actione coërcere: *s'enquerir des nouvelles*, ſciſcitando nova inquirere: *s'eſmerveiller d'une action*, actionem mirari: *s'eſloigner d'un lieu*, procul diſce-

diſcedere : *eſtre faché*, iraſci : *eſtre joyeux*, *eſtre bien aiſe*, *eſtre content*, *eſtre en colere du ſuccez de quelque entrepriſe*, lætari ex ſuſcepti alicujus ſucceſſu : *ſe facher d'une ſeule parole*, uno verbo concitari : *ſe gauſſer*, *ou*, *ſe mocquer d'un autre*, aliquem deridere : *manquer d'argent*, pecuniâ deficere : *ſe meſler des affaires d'autruy*, ſe immiſcere rebus alienis : *s'ombrager de peu de choſe*, paucis commoveri : *ſe paſſionner d'une fille*, capi inſano virginis amore : *ſe priver de quelque bien*, ſe aliquo bono privare : *parler mal de ſon prochain*, malè loqui de proximo ſuo : *preſumer de ſoy*, de ſe preſumere : *reculer*, *ou*, *ſe reculer d'un endroit*, e loco recedere : *remercier d'une courtoiſie*, agere gratias ex humanitate : *ſe repentir de ſon peché*, pœnitere ſe peccati ſui : *ſe rire d'un autre*, aliquem irridere : *ſe ſervir de ſon valet*, famulo uti : *ſe ſouvenir de ſa leçon*, meminiſci lectionis : *ſe ſoucier des affaires d'autruy*, curare negotia aliena, &c.

Obſervate, quod, *changer d'habit*, ſignificet, *veſtir*, *ou prendre un autre habit*, mutare veſtem : & *changer un habit*, ſignificet, *le troquer à un autre*, permutare.

Sequentia regunt dativum, *aboutir à un lieu*, in unum locum concurrere :

s'attacher à un ſujet, ſubjectum aggredi: *s'arreſter à ce qu'un autre dit*, attendere ad id, quod alter dicit: *condeſcendre à la volonté d'un autre*, ad alterius voluntatem ſe componere: *s'exercer à la danſe*, ſaltationi vacare, &c.

Germani *ſçavoir*, ſcire: & *pouvoir*, poſſe: ſimul confundunt propter verbum Germanicum, quod utrique inſervit: diſcant igitur quod, *ſçavoir*, ſcire: ſcientiam in ſe complectatur: &, *pouvoir*, poſſe: rem ex actione pendentem, v. g. *je ne ſçay pas la Philoſophie*, non ſcio Philoſophiam: *je ne ſçay pas la langue Françoiſe*, non ſcio linguam Gallicam: *je ne puis parler*, non poſſum loqui: *je ne puis manger*, non poſſum edere: aliqua nihilominus excipienda ſunt tempora verbi, *ſçavoir*, quæ, ut antea dixi, pro verbo, *pouvoir*, uſurpantur.

Imperſonalia licet ſingularis numeri petunt poſt ſe plurale, ut facilè in ſequentibus, & aliis multis exemplis conſpici poteſt, *il croiſt des herbes*, creſcunt herbæ: *il eſt bien des fruicts*, ſunt multi fructus: *il eſt arrivé pluſieurs Seigneurs aujourdhuy*, advenerunt hodie plures Domini.

Quæ ſequuntur diligenter obſervanda, quia vim quandam verborum particularem includunt.

Aller,

Aller, ire: variè, pro varietate loci ſumitur: ſi enim de regno vel provincia ſermo habeatur, ipſis præponitur, *en*, ſine articulo, v. g. *j'allay l'année paſſée, en Angleterre, en Allemagne, en France, en Normandie*, ivi anno præterito in Angliam, in Germaniam, in Galliam, in Normandiam: ſed ſi de civitate tantùm, ipſi præponitur *à*, v. g. *je m'en vay à Rouen, à Paris*, eo Rotomagum, Pariſios.

Sunt & quædam alia, quæ articulum ſuum particularem ſervant, ut, *il eſt allé au Perou, aux Indes, au Mans*, ivit ad Perucam, ad Indias, Cenomanos, &c. *aller en cour*, ire in aulam: eſt etiam in uſu: *aller en enfer*, ire in infernum: *aller en Paradis*, ire in Paradiſum: *aller au devant*, ire obviam: *aller en avant*, progredi: *en arriere*, retrocedere: *aller par la ville*, ire per civitatem: *par le pays*, per Regionem, &c. Idem pro verbo, *venir*, ſervandum eſt.

Avoir, habere: *donner*, & *bailler*, dare: præpoſitiones, *à*, & *pour*, habere volunt, v. g. *j'ay eu un manteau à quatre, ou, pour quatre eſcus*, habui pallium pro quatuor nummis: *il me l'a baillé à quinze, ou, pour quinze francs*, dedit mihi pro quindecim florenis, &c. Et præterea, ſi prius

pretium ſpecificetur, rejicitur præpoſitio, *à*, vel, *pour*, ut, *il à eu cinq ſols de ſon livre*, habuit quinque ſtuferos ex ſuo libro: *il à donné ſix eſcus de ſon chapeau*, dedit ſex nummos pro ſuo pileo.

Avoir, habere: communiter, regit accuſativum ſine articulo; attamen dicitur, *Je n'ay pas le ſol*, ne ſtuferum quidem habeo: *le double*, duplum quidem, &c. In quibus videtur articulus unitatis locum tenere.

Aſſiſter, id eſt, *ſecourir*, auxiliari: regit accuſativum, ut, *aſſiſter un homme*, auxiliari homini: quando verò ſignificat, *eſtre preſent à quelque action*, adeſſe actióni: regit datívum, ut, *aſſiſter à un enterrement*, adeſſe funeri ſeu intereſſe.

Boire, bibere: hanc phraſim particularem habet, *boire à meſme le pot*, ex poculo bibere: *a meſme la fontaine*, ex fonte, &c.

Coudre, *& travailler*, ſuere, & operari: petunt poſt ſe præpoſitionem, *en*, ut, *coudre en linge*, ſuere in linteis: *travailler en tapiſſerie*, operari in tapetibus.

Cracher, conſpuere: regit dativum cum articulo definito, ut, *cracher au nez*, naſum conſpuere: *au baſſin*, catinum: *au viſage*, vultum: ſed dicendum eſt, *cracher ſur la teſte*, caput conſpuere: *cracher ſur la main*,

cra-

cracher dans la main, manum conſpuere: *cracher a terre*, humum conſpuere.

Donner, id eſt, *toucher*, vel, *fraper*, variè ſumitur; dicitur enim, *donner un coup ſur la teſte*, tangere caput: *donner de quelque choſe par le nez*, aliqua re naſum attingere: *donner ſur le nez*, id eſt, *donner un ſoufflet*, colaphum impingere: *donner du nez en terre*, id eſt, *tomber*, cadere: *donner de la main*, id eſt, *fraper*, tangere.

Eſtre, eſſe: variis etiam modis uſurpatur, dicitur enim, *eſtre en bonne ſanté*, eſſe ſanum: *eſtre en quelque lieu*, eſſe in aliquo loco: *eſtre a jeun*, eſſe jejunum: *eſtre a meſmes*, eſſe in integra diſpoſitione: *eſtre a ſon aiſe*, frui rebus commodis: *eſtre a deux lieües loin*, diſtare duobus miliaribus: *eſtre a cul*, id eſt, *en mauvais eſtat*, eſſe in malo ſtatu: *eſtre en danger*, eſſe in periculo: *eſtre en peine*, anxium eſſe: *en action*, eſſe in actione: *eſtre a bas*, ſuperari: *eſtre de nopces*, frequentare nuptias: *eſtre de moitié*, ex æquo dividere: *eſtre de la partie*, eſſe ex numero: *eſtre en penſion*, convivere: *eſtre en nourrice*, eſſe apud nutricem: *c'eſt a moy*, meum eſt: *c'eſt a vous*, tuum eſt.

Faire le mauvais, & du mauvais, hominis iracundi partes agere: *ne ſçavoir de quel bois faire fleches*, eſſe in miſero ſtatu: *que feray je de vous?* quid faciam de te? *ſe*

faire tenir a quatre, furibundum agere: *avoir a faire a quelqu'un*, habere agendum cum aliquo: *n'avoir que faire d'une choſe*, aliquid non curare.

Fraper a la teſte, &c, *ſur la teſte*, caput ferire: *fraper au viſage*, cædere vultum: *fraper un homme*, &c, *ſur un homme*, hominem tangere: *fraper au but*, ſcopum attingere.

Gaigner au pied, id eſt, *fuir*, fugere: *gaigner au jeu*, lucrari in luſu: *gaigner a ſa marchandiſe*, &c, *ſur ſa marchandiſe*, in mercibus lucrari.

Jetter a la teſte, projicere ad caput: *aux jambes*, ad crura: *à terre*, in terram: *au vent*, ventilare: *jetter en l'air*, in aerem conjicere: *jetter dans le feu*, in ignem: *dans l'eau*, in aquam: *dans un trou*, in foramen.

Joüer, id eſt, *ſonner d'un inſtrument*, ludere: *joüer du luth*, ludere teſtudine, &c. ſed magis propriè dicitur, *ſonner de la trompette*, buccinâ clangere: *& battre le tambour*, tympano canere: *joüer ſon perſonnage*, agere perſonam: *joüer les deux*, utramque perſonam agere: *joüer au fin*, cautè agere: *joüer au plus ſeur*, ſecuriùs agere: *joüer un tour*, &c, *d'un tour*, decipere.

Marcher du pair, parem occupare gradum.

Mener,

Mener, mettre, &c, conduire en priſon, ducere in carcerem.

Monſtrer, pro *enſeigner*, docere: nunquam ponitur cum accuſativo: non enim dicitur, *je l'ay monſtré*, ſed, *je luy ay monſtré*, ipſum docui.

Payer d'une paire de ſouliers, & non, *avec une paire*, cum compari calceo ſolvere, &c. *payer en monnoye de ſinge*, non ſolvere: *payer en bonne monnoye*, bona pecuniâ ſolvere.

Se paſſer d'une perſonne, aliquo abſtinere: *ſe paſſer de peu, ſe paſſer a peu de choſe*, paucis eſſe contentus.

Prendre variis modis uſurpatur: dicitur enim *prendre en haine*, in odium capere: *s'en prendre à quelqu'un*, aliquem ſuſpicari: *prendre au nez*, naſum pertingere: *à la jambe*, crus: *prendre en bonne part*, in bonam partem accipere: *prendre a la glu*, viſco glutino capere; *prendre au trebuchet*, aviariâ decipula capere: *prendre a la barbe*, per barbam capere: *prendre une marchandiſe a* 10, 15, 20, *eſcus*, merces capere pro 10, 15, 20, nummis: *prendre pour dix francs de viandes*, ſumere cibos pro decem florenis: *prendre peine a quelque choſe, prendre de la peine*, aliquid diligenter peragere:

Germani impropriè utuntur verbo *regarder*,

garder, reſpicere: loco verbi *voir*, videre: nam *regarder* à noſtra voluntate pendet, habetque vim activam tranſitivam: & *voir* neſcio quid paſſivum & recipiens habet: ita ut ex aliquo, quod in viſum recipitur dicere non liceat, *il n'y a pas moyen de regarder*, ſed potius, *il n'y a pas moyen de voir*, non poteſt videri: cum videndi impedimentum, ut perſpiciendi, in noſtra poteſtate non exiſtat.

Se rendre en un lieu, ſe in aliquem locum recipere: *ſe rendre a quelqu'un*, alicui ſe dedere: *ſe rendre honneſte homme*, fieri vir honeſtus.

Reputer à honneur, in honorem ſumere: *reputer à grand' faveur*, in magnum favorem capere.

Reſpondre, reſpondere: variis etiam loquendi modis tribuitur, ut, *reſpondre un mot*, verbum dicere: *reſpondre à une perſonne*: alicui reſpondere: *reſpondre au midy*, meridiei reſpondere: *reſpondre pour quelqu'un*, pro aliquo ſpondere: *reſpondre de quelque choſe*, de re aliqua reſpondere.

Cette perſonne-là ne me revient pas, ille non mihi arridet: *cela me revient ſur le cœur*, hoc mihi nauſeam parit: *cette marchandiſe me revient à quatre francs*, hæ merces conſtant mihi quatuor florenis: *à cent ſols*, quinque florenis: *à deux eſ-*

cus, duobus nummis. &c. *roder par les ruës*, graſſari per plateas: *par la ville*, per urbem.

Servir, ſervire: communiter regit dativum: dicitur tamen *ſervir le Roy*, Regi inſervire: *ſervir ſon maiſtre*, domino inſervire: *ſervir une maiſtreſſe*, dominam colere: præterea ponitur cum præpoſitione; *de*, ut, *ſervir de valet*, eſſe famulum: *ſervir de compagnon*, eſſe ſocium: *de quoy ſert, & à quoy ſert cela*, quid prodeſt, vel ad quid prodeſt hoc.

Tenir, tenere: varias ſortitur ſignificationes, ut, *tenir au bout*, extremitatem tenere: *en tenir*, capi: *il en tient*, eſt captus: *ſe tenir à peu, ou à quelque choſe*, paucis eſſe contentum: *je tiens cela de vous*, hoc habeo à te: *ſe tenir en un lieu*, in aliquo loco commorari.

Tirer, trahere: in variis phraſibus uſurpatur, ut, *tirer à la fin*, expirare: *tirer d'un lieu*, trahere ex loco: *tirer à conſequence*, multum importare: *tirer pays*, abire: *tirer en avant*, *en arriere*, retrahere: *tirer à quelque choſe*, ad aliquid tendere: *tirer quelque choſe de quelqu'un*, aliquid ab aliquo accipere.

Toucher au but, & non, *le but*, id eſt, *rencontrer*, *deviner*, prædicere: *toucher de pres*, prope accedere: *trencher du brave*, ſuperbum agere: *trencher du gentilhomme*, nobi-

nobilem agere: *trencher du grand*, id eſt; *s'eſtimer beaucoup*, magnatem agere: *trencher net*, diſtinctè loqui: *trencher court*, brevibus verbis mentem ſuam aperire, &c.

Præter proprietates, quæ ſupra de verbo, *venir*, attulimus, hic quædam phraſes obſervandæ ſunt, ut, *venir à ſon honneur*, glorioſè ſuſceptum peragere: *venir à bout de ſes affaires*, negotia ſua feliciter abſolvere: *venir à bout d'une perſonne*, aliquem ſuperare, &c.

Infinitæ de novo difficultates, quæ tam brevi temporis ſpatio explicari nequeunt, reperiri poſſent, quas ad uſum, optimorumque magiſtrorum lectiones remittimus, alias magis communes, ſed non minus utiles obſervaturi.

De verbis particulas, à, de, *&* pour, *poſtulantibus.*

Cum hic externi, & in primis Germani, ſummam patiantur difficultatem, tres præpoſitiones *à*, *de*, & *pour*, per hanc ſolam *zu*, in omnibus phraſibus uſurpando: aliquas, ad illam difficultatem, ſi fieri poteſt, expellendam, regulas afferre conſtitui.

Obſervandum igitur primo, *a*, poſt ver-

verbum, *avoir*, immediatè, vel poſt ſubjectum interpoſitum uſurpari, ut, *j'ay a faire*, habeo aliquid agendum: *j'ay a declarer*, habeo aliquid tibi declarandum: *j'ay une lettre a eſcrire*, habeo litteras ſcribendas: *j'ay un mot a vous dire*, habeo verbum tibi dicendum, *&c.*

Pariter cum idem verbum, & ſuum imperſonale junguntur cum dictionibus, *contentement*, *danger*, *gouſt*, *hazard*, *peine*, *&* *plaiſir*, v. g. *il y a du contentement a faire*, eſt ſatisfactio in agendo: *il y a du danger a parler de la ſorte*, talis loquendi modus non eſt ſine periculo, *&c.*

Præterea cum adverbiis quantitatis, & neutro, *rien*, v. g. *il n'y a rien a craindre*, nihil eſt timendum: *il y a moins a faire*, eſt minus faciendum: *il y a beaucoup a profiter*, eſt multum in eo lucrum faciendum: *il n'y a plus rien a perdre*, nihil eſt amplius perdendum.

Eadem præpoſitio immediatè ponitur poſt verba *avoir* & *eſtre*, in his phraſibus: *eſtre*, vel, *avoir à charge*, eſſe oneri: habere onus: *eſtre*, vel, *avoir à meſpris*, eſſe contemptui, vel habere in contemptum: *eſtre*, vel, *avoir à contrecœur*, eſſe moleſtum: habere in odium: *eſtre*, vel, *avoir à craindre*, eſſe vel habere timendum:

eſtre,

eſtre, vel, *avoir à redouter*, eſſe vel habere formidandum: *je ſuis*, vel, *j'ay à attendre*, expecto, vel, habeo expectandum. Sunt & alia, in quibus eadem præpoſitio reperitur, ut, *c'eſt à moy à faire*, meum eſt facere: *c'eſt à vous à conſiderer*, tuum eſt conſiderare, *c'eſt à Monſieur à commander*, domini eſt imperare: *c'eſt à luy à ſe taire*, ſuum eſt tacere: & ſic de aliis quam plurimis, quæ uſu facilè acquiruntur.

Particula *de* ponitur ante infinitivum dum immediatè ſubſtantivum præcedit, à quo regatur: v. g. *I'ay le loiſir d'eſtudier*, habeo tempus ſtudendi: *I'ay envie de faire*, habeo deſiderium faciendi: *I'ay beſoin de manger*, habeo opus edendi, &c.

Verbum, *eſtre*, illam pariter requirit poſitum cum dictionibus, *aiſe*, *faſché*, *marry*, *joyeux*, *content*, *en peine*, *en terme*, *en eſtat*, *en occaſion*, v. g. *Ie ſuis faché de ſçavoir ces nouvelles la*, triſtis ſum ſcire illa nova: *Ie ſuis bien aiſe de voir voſtre fils*, gaudeo videre filium tuum: *Ie ſuis content de payer ce que je dois*, ſum contentus ſolvere quod debeo: *je ſuis en peine de faire un meſſage, dont je me ſuis chargé*, aſpiro ad peragendum nuncium, quem ſuſcepi.

Uſurpatur & in his loquendi formulis, *c'eſt un plaiſir de dormir*: gratum eſt dormire:

mire : *c'eſt un contentement de boire frais*, pergratum eſt ſubfrigidum bibere : *c'eſt une grand'peine de mourir*, valde moleſtum eſt mori : *il eſt bon de penſer à ſoy* : præſtat ad ſua attendere : *il eſt à propos de s'informer*, convenit inquirere : *il eſt bien ſeant*, vel, *convenable de parler diſcrettement*, convenit prudenter loqui : *je ſuis en danger de perir*, ſum in periculo pereundi : *il eſt permis de diſcourir*, licet confabulari : *il eſt temps de faire*, tempus eſt faciendi : & ſic de aliis his ſimilibus.

Hæc verba denique, mediante illa particula conſtruuntur, *s'abſtenir*, ſe abſtinere : *achever*, abſolvere : *s'adviſer*, excogitare : *advertir*, monere : *arreſter*, pro, *reſoudre*, ſtatuere : *aſſeurer*, promittere : *apprehender*, timere : *s'attendre*, credere : *commander*, imperare : *conjurer*, adjurare : *conſeiller*, ſuadere : *charger*, imperare : *ſe charger*, promittere : *craindre*, timere, *defendre*, prohibere : *deſirer*, optare : *deſiſter*, deſiſtere : *differer*, differre : *ſe diligenter*, expeditè agere : *empeſcher*, impedire : *s'efforcer*, conari : *enrager*, id eſt, *avoir un deſſein enragé*, ardentiſſimè cupere : *parler*, loqui : *permettre*, permittere : *promettre*, promittere : *propoſer*, proponere : *prier*, rogare : *preſſer*, premere : *refuſer*, denegare, &c.

Uti-

Utimur denique præpoſitione, *de*, poſt dictiones, *authorité*, authoritas: *pouvoir*, poteſtas: *permiſſion*, licentia: *congé*, venia: *licence*, libertas: v.g. *il à l'authorité de commander*, habet authoritatem imperandi: *j'ay le pouvoir de vous abſoudre*: habeo poteſtatem te abſolvendi: *vous avez congé d'aller pourmener*, habes veniam eundi ambulatum, &c.

Præpoſitio, *pour*, uſurpatur Gallicè; quando Latini, *ad*, præponunt, v.g. *Je ſuis venu pour vous dire*: veni ad tibi dicendum: *je ſuis allé chez luy pour le viſiter*, ivi apud ipſum ad ipſum inviſendum: *je ſuis aſſez puiſſant pour vous ruiner*, ſum ſatis potens ad te miſerum reddendum: *je ſuis trop petit pour vous commander*, ſum nimis parvus ad tibi imperandum: meliùs tamen dicitur, *je luy ay donné du vin à boire, & du pain à manger*, quam, *je luy ay donne du vin pour boire, & du pain pour manger*, ipſi dedi vinum bibendum, & panem edendum.

De Regimine Imperſonalium.

Imperſonalia paſſivæ vocis eundem prorſus ſenſum, & ſyntaxin ſuorum ſimplicium ſervant, v.g. *on eſtime la vertu*, virtus æſtimatur: *on aide aux bons amis*, amici juvantur: *on ſe ſepare facilement de*

ſes

ſes ennemis, ſegregatur aliquis facilè de ſuis inimicis: *on n'eſt pas aimé de tous*, non amatur ab omnibus.

Imperſonalium verò activæ vocis alia regunt dativum, ut, *il deplaiſt à Monſieur*, diſplicet domino: *il ennuye à Madame*, tædet dominam, &c. Si verò infinitivis præponantur, junguntur mediante præpoſitione, *de*, ut, *il me plaiſt de vous parler*, placet tibi loqui: *il me ſuffit de vous advertir*, ſufficit mihi tibi indicare.

Alia regunt nominativum, ſed mediante articulo genitivi, ut, *il arrive des affaires*, accidunt negotia: *il couſte de l'argent*, conſtat pecunia: *il deſcend des perſonnes*, deſcendunt perſonæ, &c.

Il commence, incipit: & *il reſte*, reſtat: regunt infinitivum mediante præpoſitione *à*; ut, *il commence à pleuvoir*, incipit pluere: *il reſte à vous dire*, reſtat tibi dicere, &c.

